Razmnoženo kot rokopis

220 -

# GRADIVO ZA ZGODOVINO LJUBLJANE V SREDNJEM VEKU

V. ZVEZEK

LISTINE IZ KODEKSOV
MESTNEGA ARHIVA V TRSTU
1326—1348

LJUBLJANA 1960

Mestni arhiv ljubljanski nadaljuje s tem zvezkom serijo publikacij gradiva za zgodovino mesta Ljubljane, pričeto v lanskem letu. Sistem publikacije je razložen na platnicah I. zvezka.

*

## NAVODILA ZA UPORABO

Za knjižnice je priporočljivo, da kartotečne liste hranijo v platnicah in po vrstnem redu izhajanja.

Posamezniki si lahko urede listine po želji, kronološko ali po tematiki. Ob uporabi se lahko posamezni listi zberejo in urede posebej. Vsak list ima levo spodaj številko zvezka in listine, po kateri je vedno dana možnost, da se listine vrnejo v vrstni red, po katerem so izšle. Razen tega je na platnicah seznam listin, ki so bile objavljene v posameznem zvezku.

Arhiv bo hranil dva posebna kontrolna izvoda, enega po vrstnem redu izhajanja, drugega v kronološki kartoteki. Posamezniki bodo lahko svoje izvode po potrebi kolacionirali po teh izvodih. Razen tega so za kontrolo tekstov na razpolago citirani mikrofilmski posnetki ali fotokopije.

*

V I. zvezku so objavljene listine iz Državnega arhiva na Dunaju, Arhiva dvorne komore na Dunaju, Arhiva Nemškega viteškega reda na Dunaju, Dež. arhiva v Innsbrucku, Drž. arhiva v Münchenu, Arhiva samostana St. Pavel na Koroškem, Deželnega arhiva v Gradcu, Drž. arhiva LR Slovenije v Ljubljani in Škofijskega arhiva v Ljubljani. V II. zvezku so objavljene listine iz Državnega arhiva na Dunaju, Arhiva dvorne komore na Dunaju, Deželnega arhiva v Gradcu, Drž. arhiva LR Slovenije v Ljubljani, Škofijskega arhiva in Frančiškanskega arhiva v Ljubljani. V III. in IV. zvezku so objavljene listine iz Mestnega arhiva ljubljanskega, kompletirane s prepisi iz privilegijske knjige mesta Ljubljane.

V tem V. zvezku so objavljene listine, izpisane iz serij rokopisov tržaškega vicedominata in pisarne, ki jih hrani Archivio diplomatico pri Mestni biblioteki (Biblioteca civica) v Trstu.

Za VI. zvezek so v pripravi nadaljnje listine iz tega arhiva.

Mestni arhiv ljubljanski

Naklada 250 izvodov. Lastna cena 220 din. Plačilo se odvaja v zbirni račun OLO Ljubljana
Razmnoženo in izdano v Mestnem arhivu ljubljanskem. Zanj odgovarja dr. Serg

9.497.12 Ljubljana
930.25 (497.12 Ljubljana)

GZL V/1

/1322/, oktober 23. Trst

Oçmanus iz Ljubljane mora plačati Marku Kataniju svoj dolg za goveje kože.

Archivio diplomatico Trst, Cancellaria vol.1, fol.6'

Pro Marco Katanio.

Die XXIII octubris sub logia comunis, presentibus Lato Bonauiti, Marcho Ade, Vitale Baschiera et aliis. Nicolaus Nomi-ōllus preco communis retulit miho notarī se ex mandato domini uicari domini potestatis cridasse publice et alta uoce super scalis palati comunis, quod Oçmanus de Lubiana hinc ad VIII dies comparere debeat ad accipiendum et soluendum infrascripto Marco de coreis bobus XLVII eis venditis per Marcum Katanium pro linras VIII et solidos XII alioquin concedetur eadem Marco licentiam uendendi dicta cores alteri persone.

B.Otorepec

1326, februar 21. Trst

Martin, sin pokojnega Thome Stref iz Glemone, sedaj prebivalec Ljubljane, mora plačati Bertuciu Renaldi svoj dolg za trgovsko blago.

Arch.diplomatico, Trst, Vicedomini vol.1, fol.50'

In nomine dei amen. Anno domini millesimo trecentesimo vigesimo sexto, indictione nona, die vigesimoprimo intrante februario, actum Tergesti in contrata Mercati in vicedominaria comunis, presentibus dominis Giroldo Rubeo et Iusto de Viana vicedominis, Matheo Mesalto et Ualeto de Henreurco et alijs. Martinus filius quondam Tome Stref de Glemona et nunc habitator in Laybaco, per se suosque heredes solempniter stipulauit, promisit dare et soluere ser Bertucio Renaldi et suis heredibus aut eius certo nuncio usque ad proximam diem dominicam oliuarum nuper uenturam quadraginta et septem solidos denariorum venetiarum grossorum tantum in denariis pro rebus stationis sub pena tertij et a termino in antea intromittendi licet, concessit de suis bonis et uendi quocumque modo uoluerit tantum quod ad eius integram solutionem peruenerit debiti supradicti, pene, dampni et expensarum ac cuiuslibet interesse de omnibus eius soli uerbo credendo sine facto uel alia probatione cum obligatione omnium suorum bonorum presentium et futurorum et possit ipse debitor pro predictis ubilibet conuenire et non possit huius debiti probare solutionem etc.

GZL V/2

1326, februar 21. Trst

Renuncians omni alio suo iure etc.

Manu Nicolai Ualle et est vicedominatum.

S.Pahor

1327, januar 30. Trst GZL V/3

Bertuccius Renaldi toži Zofijo, ženo Mochori de Butigna zaradi vinograda "posite in contrata Quarti coherente vinee ser Domec de Stoydrach et viñee domini Pulgari de Glublana et viñee sancte Marie omciferorum de Venetiis".

Arch.diplomatico, Trst, Vicedomini vo. 3, fol.19

S.Pahor

GZL V/4

1327, maj 4. Trst

Spor med Sofijo, vdovo po Mohorju de Bu=tigna in Bertucijem Renaldi, zaradi vino=grada "in districtu Tergesti in contrata Quarti coherentem a capite superiori vi=nee ser Domeci de Stoidracho et a parte inferiori vinee domini Pulgari de Glubia=na".

Arch.diplomatico, Trst, Vicedomini vol.7, fol.23'

S.Pahor

GZL V/5

1328, februar 14. Trst

Petrus Caristia daje "Perxco de Ricemag=
na filio quondam Petri de Ricemagna" del
vinograda, ki med drugim meji na vinograd,
ki ga ima "Io Pulcher de Glubiana".

Arch. diplomatico, Trst, Vicedomini vol. 4,
fol. 186-186'

S. Pahor

GZL V/6

1328, marec 7. Trst

Marko imen. Stromfel iz Ljubljane mora plačati Bertuciu Renaldi, tržaškemu trgov= cu, svoj dolg za trgovsko blago.

Arch.diplomatico Trst, Vicedomini vol.4, fol.82

In nomine dei eterni amen. Anno domini millesimo trecentesimo vigesimo octauo, indictione vndecima, die septimo mensis marcij. Actum Tergesti super sala palaci comunis, presentibus domino Geroldo Ru= beo vicedomino, Marco Caualar et Cuspa= rino de Pecello testibus et alijs. Mar= cus dictus Stromfel de Laibacho per se suosque heredes promisit dare et soluere ser Bertucio Renaldi mercatori de Terge= sto suisque heredibus hinc ad proximum fe= stum resurectionis domini nostri Yesu Christi venturum marchas soldorum veterum duodecim tantum in bonis denarijs pro mer= cimonijs emptis et habitis ab eo, sub pe= na tercij dictorum denariorum cum obliga= cione omnium suorum bonorum presentium et futurorum, mobilium et fixorum et sub re= fectione dampnorum et expensarum, litis et extimacionis.

Manu Amico Mascho notarij scriptum et fuit vicedominatum.

S.Pahor

1328, april lo. Trst

Benedikt Buriade, tržaški meščan mora pla=
čati Nikolaju iz Ljubljane eno marko trža=
ških soldov za svinjsko meso.

Arch. diplomatico Trst, Vicedomini, vol.3,
fol.32

In nomine dei eterni amen. Anno domini
millesimo trecentesimo vigesimo octauo,
indictione vndecima die decimo mensis a=
prilis, actum Tergesti in platea comunis,
presentibus ser Baudo de Iudicibus, ser
Andrea de Amantino et alijs. Dominus Mi=
chael Ade iudex nobilis viri domini Bre=
derici de Muriçio honorabilis potestatis
ciuitatis Tergesti precepit Benedicto Bu=
riade ciui Tergesti quod usque ad proxi=
mum festum sancti Petri apostoli de mense
iunii nuper venturum det et soluat Nicho=
lao de Iublana fornario vnam marcham sol=
dorum veterum de Tergeste et vnam vncam
in denariis tantum pro carnibus porci tan=
tum in denariis sub pena vnius grossi pro
libra de uoluntate parcium.

Manu Iusti Pacis notarii scriptum et fuit
vicedominatum.

S.Pahor

GZL V/8

1328, april 10. Trst

Johannes Carion in Just Catapanus morata plačati Nikolaju iz Ljubljane svoj dolg za svinjsko meso.

Arch.diplomatico Trst, Vicedomini vol.3, fol.32

In nomine dei eterni amen. Anno domi= ni millesimo trecentesimo vigesimo octa= uo, indictione vndecima, die decimo apri= lis, actum Tergesti in platea comunis, presentibus ser Iusto Pacis, Nicholao Val= le et alijs. Dominus Michael Ade iudex nobilis viri domini Frederici de Muricio honorabilis potestatis ciuitatis Tergesti precepit Iohanni Carion et Iusto Catapano cuiuslibet eorum insolidum et principali= ter quod usque ad proximum festum sancti Michaelis nuper venturum dent et soluant Nicholao farnario de Glubliana fornaro libras nouem et dimidiam veronensium par= vulorum et octo parvulos in denariis tan= tum pro carnibus porcinis, sub pena vni= us grossi pro libra, de voluntate parcium.

Manu Baudi de Iudicibus scriptum et fuit vicedominatum.

S.Pahor

1328, april 11. Trst

Bertoxius Cuileto in Cadulus de Aninac morata plačati Jakobu Živko iz Ljubljane svoj dolg za moko.

Arch.diplomatico Trst, Vicedomini vol.5, fol.45'

In nomine dei eterni amen. Anno domini millesimo trecentesimo vigesimo octauo, indictione vndecima, die vndecimo aprilis. Actum Tergesti in platea comunis, presen=tibus Iusto Pacis, Nicolao Valla et alijs. Dominus Matheus Baiardus iudex nobilis viri domini Frederici de Murucio precepit ser Bertoxio Cuileto et Cadulo de Aninac et cuilibet eorum in solidum et principaliter quod usque ad proximum festum sancti Petri dent et soluant Iacobo Xiucha de Glubiana libras nouem parvulorum et solidos quatuor in denarijs sub pena vnius grossi pro li=bra ex uoluntate parcium pro farina.

Manu Baudi de Iudicibus notarij suprascrip=tum et fuit vicedominatum.

S.Pahor

1328, april 15. Trst

Marcho Burlo in Just Baroni morata plača=
ti Tomažu Zalarju iz Ljubljane svoj dolg
za moko.

Arch.diplomatico Trst, Vicedomini vol.3,
fol.35

In nomine dei eterni amen. Anno domini millesimo trecentesimo vigesimo octauo, indictione vndecima, die quintodecimo mensis aprilis. Actum Tergesti in platea comunis, presentibus ser Baudo de Iudicibus ser Iohanne de Papis et alijs. Dominus Michael Ade iudex nobilis viri Frederici de Muricio honorabilis potestatis ciuitatis Tergesti precepit Marcho Burlo et ser Iusto domini Baroni ciuibus et habitatoribus Tergesti quod usque ad proximum festum sancti Michaelis nuper venturum dent et soluant Thomasio Salari de Glublana filio quondam Ianexi de Iubiana libras quinque venetorum parvulorum in denariis tantum pro farina, sub pena vnius grossi pro libra de uoluntate parcium.

Manu Iusti Pacis notarii scriptum et fuit vicedominatum.

S.Pahor

1328, april 15. Trst

Johannes Carion iz Trsta in drugi morajo plačati Petru Colaçario iz Ljubljane svoje dolgove za moko.

Arch.diplomatico Trst, Vicedomini vol.5, fol.47

In nomine dei eterni amen. Anno domini millesimo trecentesimo vigesimo octauo, indictione vndecima, die quintodecimo apri= lis. Actum Tergesti in platea comunis, pre= sentibus Baudo de Iudicibus et Rantulfo Ba= lario et alijs. Dominus Simon Barbariça iudex nobilis domini Frederici de Murucio pote= statis Tergesti precepit Iohanni Cariono de Tergesto quod usque ad proximum festum sancti Petri det et soluat Petro Colaçario de Iu= biana filo quondam Martini de eodem loco libras quatuor veronensium parvulorum et so= lidos quindecim parvulorum pro farina, sub pena vnius grossi pro libra de uoluntate parcium.

Manu Iusti Pacis notarij scriptum et fuit vicedominatum.

Die eodem, loco et testibus. Idem iudex precepit ser Iacobo de Grimelda quod usque proximum festum sancti Petri det et soluat dicto Petro Colaçario de Iubiana libras qu= atuor veronensium parvulorum et solidos qu= indecim pro farina sub pena vnius grossi pro libra de uoluntate parcium.

Manu Iusti Pacis notarij scriptum et vicedo= minatum.

Die eodem, loco et testibus. Idem iudex precepit Iusto de Grimelda de Tergeste quod usque proximum festum sancti Petri det et

GZL V/11

1328, april 15. Trst

soluat dicto Petro Colaçario de Iubiana libras quatour veronensium parvulorum et solidos parvulorum quindecim pro farina sub pena vnius grossi pro libra de uolun= tate parcium.

Manu Iusti Pacis notarij scriptum et vice= dominatum.

Die eodem, loco et testibus. Idem iudex precepit Gasparino de Pecello quod usque ad proximum festum sancti Petri det et so= luat dicto Petro Colacario de Iubiana li= bras quatuor veronensium parvulorum et so= lidos parvolurum quindecim in denarijs tan= tum sub pena vnius grossi pro libra de uo= luntate parcium pro farina.

Manu Iusti Pacis notarij scripta sunt ista percepta et sunt vicedominata.

S.Pahor

GZL V/12

1328, april 16. Trst

Disidrada, hči Benvenuta Burlo iz Trsta, mora plačati Petru, čevljarju iz Ljubljane, svoj dolg za moko.

Arch.diplomatico Trst, Vicedomini, vol.3, fol.35

In nomine dei eterni amen. Anno domini millesimo trecentesimo vigesimo octauo, indictione vndecima, die sextodecimo mensis aprilis, actum Tergesti in platea comunis, presentibus dominis Francisco Strigo, Petro Karistia et alijs. Dominus Simon Barbarica iudex nobilis et potenti viri domini Frederici de Murusio honorabilis potestatis ciuitatis Tergesti precepit domine Disidrade filie quondam domini Benuenuti Burli de Tergesto quod usque ad proximum festum sancti Petri apostoli de mense iunio nuper venturum det et soluat Petro Calaçario de Iubiana filio quondam domini Martini de Iubiana libras nouem venetorum parvulorum et soldos octo parvulorum in denariis pro farina. Sub pena vnius grossi pro libra, de voluntate parcium.

Manu Iusti Pacis notarii scriptum et vicedominatum.

S.Pahor

GZL V/13

1328, april 17. Trst

Johannes Carion iz Trsta mora plačati Tomažu Zalarju iz Ljubljane svoj dolg za moko.

Arch.diplomatico Trst, Vicedomini vol.3, fol.35

In nomine dei eterni amen. Anno domini millesimo trecentesimo vigesimo octauo, indictione vndecima, die decimoseptimo mensis aprilis, actum Tergesti in platea, presentibus ser Aniçuto de Iudicibus, ser Almerico Tatero et alijs. Dominus Michael Ade iudex nobilis viri domini Frederici de Murucio honorabilis potestatis ciuitatis Tergesti precepit Iohanni Carion de Tergesto quod usque ad proximum festum sancti Michaelis nuper venturum det et soluat Thomasio Salari de Iubiana filio quondam Ianexi de Iubiana libras decem venetorum parvulorum in denariis tantum pro farina sub pena vnius grossi pro libra de uoluntate parcium.

Manu Iusti Pacis scriptum et fuit vicedominatum.

S.Pahor

GZL V/14

1328, april 17. Trst

Dominico de Arneri iz Trsta mora plačati Tomažu Zalarju iz Ljubljane svoj dolg za moko.

Arch.diplomatico Trst, Vicedomini vol.3, fol.35

In nomine dei eterni amen. Anno domini millesimo trecentesimo vigesimo octauo, indictione vndecima, die decimoseptimo men= sis aprilis, actum Tergesti in platea co= munis, presentibus ser Aniçuto de Iudici= bus, ser Almerico Tatero et alijs. Dominus Michael Ade iudex nobilis viri domini Fre= derici de Muricio honorabilis potestatis ciuitatis Tergesti precepit Dominico de Ar= neri de Tergesto quod usque ad proximum fe= stum sancti Michaelis nuper venturum det et soluat Thomasio Salari de Iubiana filio quondam Janex de Iubiana libras quinque ve= netorum parvulorum tantum in denariis pro farina, sub pena vnius grossi pro libra de uoluntate parcium.

Mani Iusti Pacis scriptum et fuit vicedomi= natum.

S.Pahor

GZL V/15

1328, april 17. Trst

Magister Antonio Cerdone iz Padove in Peter Bellech, oba tržaška meščana, morata plačati Tomažu Zalarju iz Ljubljane svoj dolg za moko.

Arch.diplomatico Trst, Vicedomini vol.3, fol.35

In nomine dei eterni amen. Anno domini millesimo trecentesimo vigesimo octauo, indictione vndecima, die decimoseptimo mensis aprilis. Actum Tergesti in platea comunis, presentibus domino Baudo de Iudicibus, ser Pagano de Basilis et alijs. Dominus Michael Ade iudex nobilis viri domini Frederici de Muricio honorabilis potestatis ciuitatis Tergesti precepit magistro Antonio cerdone qui fuit de Padua et Petro Bellech ciuibus et habitatoribus Tergesti et utrique eorum pricipaliter et in solidum quod usque ad proximum festum sancti Michaelis nuper venturum dent et soluant Thomasio Salari de Iubiana filio quondam Ianexi de Iubiana libras quindecim venetorum parvulorum in denariis tantum pro farina, sub pena vnius grossi pro libra de uoluntate parcium.

Manu Iusti Pacis notarii scriptum et fuit vicedominatum.

S.Pahor

1328, april 17. Trst

Kristofor Valle iz Trsta in drugi morajo plačati Petru Colaçario iz Ljubljane svo= je dolgove za moko.

Arch.diplomatico Trst, Vicedomini vol.5, fol.46'

In nomine dei eterni amen. Anno domini millesimo trecentesimo vigesimo octauo, indictione vndecima, die decimo septimo mensis aprilis. Actum Tergesti in platea comunis, presentibus ser Amiço Masculo, ser Aniçuto de Iudicibus et Almerico Ca= cerito et alijs. Dominus Michael Ade iu= dex noblis viri domini Frederici de Muru= cio potestatis Tergesti precepit Christo= phoro Valle de Tergesto quod usque ad pro= ximum festum sancti Michaelis det et so= luat Petro Colaçario de Iubiana filio qu= ondam Martini de Iubiana libras quinque venetorum parvulorum in denarijs tantum pro farina, sub pena vnius grossi pro li= bra de uoluntate parcium.

Manu Iusti Pacis notarij scriptum et fuit vicedominatum.

Die eodem, loco et testibus. Idem iudex precepit Petro Burlo de Tergesto quod us= que ad proximum festum sancti Michaelis det et soluat Petro Colacario de Iubiana libras quinque venetorum parvulorum in denarijs tantum pro farina, sub pena vnius grossi pro libra de uoluntate parcium.

Manu Iusti Pacis notarij scriptum et fuit vicedominatum.

1328, april 17. Trst

Die eodem, loco et testibus. Idem iu=
dex precepit Iohanni de Iudicibus quod
usque ad proximum festum sancti Michae=
lis det et soluat dicto Petro Colacario
/de Lubiana/ libras quinque venetorum
parvulorum in denarijs tantum, sub pena
vnius grossi pro libra de uoluntate par=
tium.

Manu Iusti notarij scriptum et vicedomi=
natum.

Die eodem, loco et testibus. Idem iu=
dex precepit Ambroxio salinario et Simo=
ni eius filio ciuibus Tergesti et vtroque
ipsorum duorum principaliter in solidum
quod usque ad proximum festum sancti Pe=
tri dent et soluant Petro Colaçario pre=
dicto de Lubiana libras nouem et solidos
octo venetorum parvulorum in denarijs tan=
tum pro farina, sub pena vnius grossi pro
libra de uoluntate parcium.

Manu Iusti Pacis scriptum et fuit vicedo=
minatum.

S. Pahor

GZL V/17

/1328, april 17. Trst/

Andrej de Fantixello mora plačati Vin=terju iz Ljubljane svoj dolg.

Arch.diplomatico Trst, Vicedomini vol.5, fol.47

Die eodem et loco, presentibus Baudo de Iudicibus et Pagano de Bascilio et a=lijs. Idem iudex precepit Andree de Fan=tixello quod usque ad proximum festum natiuitatis sancte Marie de mense septem=bri det et soluat Vinterro de Iubiana fi=lio quondam Adelgost uel illi in cuius manibus hoc preceptum conparuit sex soli=dos denariorum venetorum grossorum in de=narijs tantum sub pena vnius grossi pro libra de uoluntate parcium.

Manu Iusti Pacis notarij scriptum et fuit vicedominatum.

S.Pahor

1328, april 24. Trst

Mengosius Mosteglo in drugi morajo plača=
ti Bertoldu iz Ljubljane svoje dolgove za
moko.

Arch.diplomatico Trst, Vicedomini vol.5,
fol.51

In nomine dei eterni. Anno domini mil=
lesimo trecentesimo vigesimo octauo, in=
dictione vndecima, die vigesimo quarto
aprilis, actum Tergesti in platea comunis
presentibus Iusto Pacis et Nicolao Valla=
neto et alijs. Dominus Michael Ade iudex
nobilis viri domini Frederici de Murucio
potestatis Tergesti precepit ser Mengosio
Mosteglo quod usque ad proximum festum
sancti Michaelis det et soluat Pertolt de
Lubiana rumero fornario libras decem vero=
nensium parvulorum pro farina sub pena
vnius grossi pro libra de uoluntate par=
cium.

Manu Baudi de Iudicibus notarij scriptum
et fuit vicedominatum.

Die eodem, loco et testibus. Idem iu=
dex precepit Christofolo Valla quod ad
predictum terminum soluat dicto Pertolt
vel in cuius manibus hoc preceptum conpa=
rauerit libras decem parvulorum pro fari=
na, sub pena vnius grossi pro libra de
uoluntate parcium. Vicedominatum.

Die eodem, loco et testibus. Idem iu=
dex precepit ser Matheo quondam domini
Ancoli quod ad dictum terminum soluat di=
cto Pertolt uel in cuius manibus hoc pre-
ceptum conparauerit libras quinque vero=

GZL V/18

1328, april 24. Trst

nensium parvulorum pro farina, de uolun=
tate parcium. Vicedominatum.
Die eodem, loco et testibus. Idem iudex
precepit domine Masare vxori quondam ma=
gistri Laurencij barbererij quod ad dic=
tum terminum det et soluat dicto Pertolt
uel in cuius manibus hoc preceptum con=
parauerit libras quinque parvulorum pro
farina sub pena vnius grossi de uolunta=
te parcium.

Manu Baudi de Iudicibus scripta sunt ista
percepta omnia et sunt vicedominata.

S. Pahor

GZL V/19

1328, maj 9. Trst

Notar Baudo de Iudicibus mora plačati Si=
monu iz Ljubljane svoj dolg za moko.

Arch.diplomatico Trst, Vicedomini vol.5,
fol.57

In nomine dei eterni. Anno domini mil=
lesimo trecentesimo vigesimo octauo, in=
dictione vndecina, die nona mensis madij,
actum Tergesti sub ueteri logia comunis.
Actum Tergesti presentibus ser Amico Ma=
sclo notario Petro Burlo et alijs. Domi=
nus Auancius de Creplano iudex nobilis
viri domini Frederici de Murucio potesta=
tis Tergesti precepit ser Baudo de Iudici=
bus notario quod usque ad proximum festum
sancti Michaelis nuper venturum det et so=
luat Simoni de Glubiana centum solidos par=
vulorum pro vno stario farine in denarijs
tantum sub pena grossi pro libra, de uo=
luntate parcium.

Manu Hectoris de Vgulino notarij scriptum
et est vicedominatum.

S.Pahor

1328, maj 9.Trst

Razni dolžniki morajo plačati Simonu iz Ljubljane svoje dolgove za moko.

Arch.diplomatico Trst, Vicedomini vol.5, fol.57

Die eodem, loco et testibus. Dominus Almericus Ade iudex nobilis viri domini Frederici de Murucio potestatis Tergesti precepit /ime manjka/ quod usque ad pro=ximum festum sancti Michaelis det et so=luat Simoni de Glubiana libras decem par=vulorum in denarijs tantum pro duobus sta=ris farine sub pena vnius grossi pro libra de uoluntate parcium. Item precepit ser Iohanni Mosteglo quod dictum terminum so=luat dicto Simoni de Glubiana centum soli=dos parvulorum pro farina sub dicta pena de uoluntate parcium.

Item eadem ora coram dictis testibus precepit ser Andree Mosteglo quod usque ad dictum terminum soluat dicto Simoni centum solidos parvulorum pro .j. sta=rio farine, de voluntate parcium sub dic=ta pena.

Item precepit Iohanni Cariono quod us=que ad dictum terminum soluat dicto Simoni centum solidos parvulorum pro vno stario farine, de uoluntate parcium.

Item precepit Ambrosio salinario et Si=moni eius filio in solidum quod usque ad dictum terminum soluant dicto Simoni de Glubiana centum solidos pro .j. stario farine de uoluntate parcium sub dicta pena.

Item precepit ser Iacobo de Grimelda quod usque ad dictum terminum soluat dic=

GZL V/2o

1328, maj 9. Trst

to Simoni solidos parvulorum centum pro vno stario farine sub dicta pena de uo=luntate parcium.

Manu Hectoris de Vgolino scripta sunt dicta precepta et sunt vicedominata.

S.Pahor

1328, maj 14. Trst

Gasparin de Pecolo in drugi morajo plača=
ti Jakelu iz Ljubljane svoj dolg za moko.

Arch.diplomatico Trst, Vicedomini vol.5,
fol.59'

In nomine dei eterni. Anno domini mil=
lesimo trecentesimo vigesimo octauo, in=
dictione vndecima, die quartodecimo men=
sis madij, actum Tergesti sub logia comu=
nis, presentibus ser Iusto Pacis notario,
Amiço Masclo et alijs. Dominus Auancius
de Creplano iudex nobilis viri domini Fre=
derici de Marucio potestatis Tergesti pre=
cepit Casparino de Pecolo quod usque ad
proximum festum sancti Michaelis det et so=
luat Iacheglo de Glubiana filio Ianexi de
eodem loco triginta sex denarios venetos
grossos pro vno stario farine in denarijs
tantum sub pena vnius grossi pro libra de
uoluntate parcium.

Die eodem, loco et testibus. Idem iudex
precepit ser Petro de Alborio quod ad dic=
tum terminum soluat eidem Iacheglo de Glu=
biana tres solidos denariorum venetorum
grossorum pro .j. stario farine in dena=
rijs tantum sub pena vnius grossi pro libra
de uoluntate parcium.

Die eodem, loco et testibus. Idem iudex
precepit ser Almerico Munar quod ad dictum
terminum det et soluat dicto Iacheglo de
Glubiana solidos tres denariorum venetorum
grossorum pro vno stario farine sub pena
vnius grossi pro libra de uoluntate parci=
um.
Manu Hectoris de Vgolino notarij scripta
sunt dicta certa percepta et sunt uicedo=
minata. S.Pahor

GZL V/22

1328, maj 23. Trst

Dominik Çanpario mora plačati Lavrencu iz Ljubljane svoj dolg za moko.

Arch.diplomatico Trst, Vicedomini vol.5, fol.63

In nomine dei eterni amen. Anno domi= ni millesimo trecentesimo vigesimo octa= uo indictione vndecimo, die vigesimo ter= cio mensis madij, actum Tergesti sub ue= teri logia comunis, presentibus Amiço Masclo et Christoforo Valla et alijs. Do= minus Auancius de Creplano iudex nobilis viri domini Frederici de Murucio potesta= tis Tergesti precepit Dominico Çanpario quod usque ad proximum festum sancti Mi= chaelis det et soluat Laurencio cerdoni de Laibacho uel in cuius manibus hoc pre= ceptum conparauerit octo libras veronen= sium parvulorum et sexdecim solidos par= vulorum pro duobus staris farine sub pena vnius grossi pro libra de uoluntate par= cium.

Manu Hectoris de Vgolino notarij scriptum et est vicedominatum.

S.Pahor

GZL V/23

1328, maj 27. Trst

Jernej, gastald iz Silvole in drugi mora=
jo plačati Petru Proçuarju iz Ljubljane
svoj dolg za moko.

Arch.diplomatico Trst, Vicedomini vol.5,
fol.65

In nomine dei eterni. Anno domini mil=
lesimo trecentesimo vigesimo octauo, in=
dictione vndecima, die vigesimoseptimo
mensis madij, actum Tergesti sub ueteri
logia comunis, presentibus Iusto Pacis no=
tario, Amiço Masclo notario et alijs. Do=
minus Auancius de Creplano iudex nobilis
viri domini Frederici de Murucio potesta=
tis Tergesti precepit Iarnei gastaldioni
de Siluola quod usque ad proximum festum
sancti Michaelis nuper venturum det et
soluat Petro Proçuar de Glubiana tres so=
lidos denariorum venetorum grossorum pro
vno stario farine sub pena vnius grossi
pro libra de uoluntate parcium. Vicedomi=
natum.

Item precepit Petro Sbrige et magistro
Petro Marangoni in solidum quod ad dictum
terminum soluant eidem tres solidos gros=
sorum pro dicta causa dicto Petro Proçu=
ario.

Item precepit Dominico Albo quod ad
dictum terminum soluat eidem Petro tres so=
lidos grossorum sub dicta pena pro farina.

Item precepit Bregogne Burlo quod ad
dictum terminum soluat dicto Petro tres so=
lidos grossorum sub dicta pena pro farina.
Omnia dicta precepta scripta sunt manu Hec=
toris de Vgolino et sunt vicedominata.

S.Pahor

GZL V/24

1328, maj 27. Trst

Ambrož salinar iz Trsta mora plačati Petru Perçuarju iz Ljubljane svoj dolg za moko.

Arch.diplomatico Trst, Vicedomini vol.3, fol.51

In nomine dei eterni amen. Anno domini millesimo trecentesimo vigesimo octauo, indictione vndecima, die vigesimoseptimo mensis madij, actum Tergesti sub veteri loçia comunis, presentibus ser Sardio de Argento, Amiço Masculo notario et alijs. Dominus Auancius de Creplano iudex nobilis et potentis viri domini Frederici de Muruicio honorabili potestatis ciuitatis Tergesti precepit Ambrosio salinaro ciui et habitatori Tergesti quod usque ad proximum festum sancti Michaelis nuper venturum det et soluat Petro Perçuar de Glublana solidos sex denarij venetorum grossorum pro duobus stariis farine in denariis tantum, sub pena vnius grossi pro libra de uoluntate parcium et vnum frixiachensem pro ..... .

Manu Hectoris Hugulini notarij scriptum et fuit vicedominatum.

S.Pahor

GZL V/25

1328, maj 29. Trst

Lacto de Corgnolo mora plačati Petru Perçuarju iz Ljubljane svoj dolg za moko.

Arch.diplomatico Trst, Vicedomini vol.5, fol.67'

In nomine dei eterni. Anno domini millesimo trecentesimo vigesimo octauo, indictione vndecima, die vigintinono mensis madij, actum Tergesti sub logia comunis, presentibus ser Gurardio de Argento, Bertosio Cuileto et alijs. Dominus Auançius de Creplano iudex nobilis viri domini Frederici de Murucio potestatis Tergesti precepit Lacto de Corgnolo quod usque ad proximum festum sancti Michaelis det et soluat Petro Perçuar de Glubiana septem libras parvulorum et quatuor solidos parvulorum in denarijs tantum pro vno stario cum dimidio farine, sub pena vnius grossi pro libra, de voluntate parcium.

Manu Hectoris de Vgolino notarii scriptum et est vicedominatum.

B.Otorepec

GZL V/26

1328, junij 8.Trst

Salomon de Alborio iz Trsta mora plačati Wolle=u iz Ljubljane svoj dolg za moko.

Arch.diplomatico Trst, Vicedomini vol.3, fol.48

In nomine dei eterni amen. Anno domini millesimo trecentisimo vigesimo octauo, indictione vndecima, die octauo mensis iu=nii, actum Tergesti sub veteri loçia co=munis, presentibus ser Sardio de Argento, Albericho Boteç et alijs. Dominus Odorli=cus quondam domini Bonomi iudex nobilis et potentis viri domini Frederici de Mu=ruicio honorabilis potestatis ciuitatis Tergesti precepit ser Salomoni de Alborio ciui et habitatori Tergesti quod usque ad proximum festum sancti Michaelis nuper venturum det et soluat Wolle de Glubiana tres solidos venetos pro farina, sub pena vnius grossi, de uoluntate parcium.

Manu Hectoris notarii scriptum et fuit vicedominatum.

S.Pahor

1328, junij 12. Trst

Peter de Dompniça in drugi morajo plačati Janezu iz Ljubljane in Hermanu iz Trsta svoje dolgove za moko.

Arch. diplomatico Trst, Vicedomini vol.5, fol.72'

In nomine dei eterni. Anno domini millesimo trecentesimo vigesimo octauo, indictione vndecima, die duodecimo mensis iunij, actum Tergesti sub logia comunis, presentibus Iusto Pacis, Amiço Masclo notario et alijs. Dominus Auancius de Creplano iudex nobilis viri domini Frederici de Murucio potestatis Tergesti precepit ser Petro de Dompniça quod usque ad proximum festum sancti Michaelis det et soluat Ianexo de Glubiana et Hermano hospite habitatore Tergesti uel vni eorum recipienti alterius libras quatuor parvulorum et sex venetorum grossorum pro vno stario farine in denarijs tantum sub pena vnius grossi pro libra de uoluntate parcium.

Manu Hectoris de Hugulino notarij scriptum et est vicedominatum.

Die eodem, loco et testibus. Idem iudex precepit ser Mengosio Mosteglo quod ad dictum terminum soluat eisdem libras nouem parvulorum et solidos quatuor pro duobus staris farine sub dicta pena de uoluntate parcium.

Item eodem die precepit dicto domino Mengosio quod ad dictum terminum soluat eisdem creditoribus libras nouem parvulos et solidos quatuor parvulorum pro farina

GZL V/27

1328, junij 12. Trst

sub dicta pena de uoluntate parcium.

Item eodem die precepit ser Petro de Alborio quod ad dictum terminum soluat et det eisdem creditoribus libras parvu=lorum tresdecim et solidos sexdecim par=vulorum pro tribus staris farine sub dic=ta pena de uoluntate parcium.

Manu Hectoris de Vgolino scripta dicta precepta et sunt vicedominata.

S. Pahor

GZL V/28

1328, junij 24. Trst

Ligulo Rubeo mora plačati Martinu iz Ljub= ljane svoj dolg za moko.

Arch.diplomatico Trst, Vicedomini vol.3, fol. 55'

In nomine dei eterni amen. Anno domini millesimo trecentesimo vigesimo octauo, indictione vndecima, die vigesimoquarto mensis iunii, actum sub veteri loçia co= munis, presentibus dominis Vitale Baiar= do, Lucha de Auançago et alijs. Dominus Auançius de Creplano iudex nobilis et po= tentis viri domini Frederici de Muruicio honorabilis potestatis ciuitatis Tergesti precepit Ligulo Rubeo quod usque ad pro= ximum festum sancti Iusti nuper venturum det et soluat Martino de Glublana dicto Nigro uel in cuius manibus hoc preceptum comparauerit, libras parvulorum novem et solidos quatuor parvulorum in denariis tantum pro duobus staris farine ab eo emptis, sub pena vnius grossi pro libra de uoluntate parcium.

Manu Hectoris de Hugulino notarij scrip= tum et fuit vicedominatum.

S, Pahor

1328, /junij=julij/ 26. Trst

Bertusio Çuileto in drugi morajo plačati peku Martinu Xedesnauç iz Ljubljane svoje dolgove za moko.

Arch.diplomatico Trst, Vicedomini vol.5, fol.77'

In nomine dei eterni. Anno domini millesimo trecentesimo vigesimo octauo, indictione vndecima, die vigesimo sexto mensis, actum Tergesti sub logia comunis, presentibus ser Amico Masclo notario, Petro Burlo et alijs. Dominus Auancius iudex nobilis viri domini Frederici de Murucio potestatis Tergesti precepit ser Bertuxio Çuileto quod usque ad proximum festum sancti Martini det et soluat Martino de Xedesnauç /Xedesuanç ?/ de Glubiana panicoculo nouem libras parvulorum et solidos quatuor parvulorum in denarijs tantum pro duobus staris farine sub pena vnius grossi pro libra de uoluntate parcium.

Item precepit Çanculo de Fantixello et ser Andree de Fantixello in solidum usque ad dictum terminum soluat sibi nouem libras parvulorum et quatuor solidos.

Item precepit Petro domini Ludonis quod ad dictum terminum soluat sibi tresdecim libras veronensium parvulorum pro farina ad dictum terminum et sexdecim solidos parvulorum pro tribus staris farine.

Item precepit ser Andree quondam domini Jeremie quod ad dictum terminum soluat Martino predicto nouem libras parvulorum et solidos quatuor parvulorum pro farina sub

GZL V/29

1328, /junij-julij/ 26. Trst

dicta pena de uoluntate parcium.

Manu Hectoris de Vgolino scripta et vi=
cedominata sunt.

S. Pahor

GZL V/30

1328, julij 6. Trst

Andrea de Allexio, tržaški meščan, mora plačati Jakobu Živku iz Ljubljane svoj dolg za moko.

Arch.diplomatico Trst, Vicedomini vol.3, fol.59

In nomine dei eterni amen. Anno domini millesimo trecentesimo vigesimo octauo, indictione vndecima, die sexto mensis iu=lij, actum Tergesti sub veteri loçia co=munis, presentibus ser Amiço Masculo no=tario et Rantulfo Balario notario et a=lijs. Dominus Odorlicus quondam domini Bonomi iudex nobilis et potentis viri do=mini Frederici de Murucio honorabilis po=testatis ciuitatis Tergesti precepit An=dree de Allexio ciui et habitatori Ter=gesti quod usque ad proximum festum san=cti Michaelis det et soluat Iacobo Siucha de Glublana nouem libras parvulorum et so=lidos quatuor parvulorum in denarijs tan=tum pro duobus staris farine sub pena vnius grossi pro libra de uoluntate par=cium.
Manu Hectoris Hugulini notarij scriptum et fuit vicedominatum.

S.Pahor

1328, julij 6. Trst

GZL V/31

Matheus de Cogneç, tržaški meščan, mora plačati Jakobu Živku iz Ljubljane svoj dolg za moko.

Arch.diplomatico Trst, Vicedomini vol.3, fol.59_59'

In nomine dei eterni amen. Anno domini millesimo trecentesimo vigesimo octauo, indictione vndecima, die sexto mensis iu= lij, actum Tergesti sub loçia comunis, pre= sentibus ser Amiço Masculo notario et Chri= stophoro Valla. Dominus Odorlicus quondam domini Bonomi iudex noblis viri domini Frederici de Murucio honorabilis potesta= tis ciuitatis Tergesti precepit ser Matheo de Cogneço ciui et habitatori Tergesti quod usque ad proximum festum sancti Michaelis det et soluat Iacobo Siucha de Glublana qu= inque solidos denariorum venetorum grosso= rum in denarijs tantum pro farina, sub pe= na vnius grossi pro libra de uoluntate parcium.

Manu Hectoris Hugulini notarij scriptum et vicedominatum fuit.

S.Pahor

GZL V/32

1328, avgust 21. Trst

Andrej, sin Jeremije, mora plačati Ste=fanu, sinu Hermana iz Ljubljane, svoj dolg za moko.

Arch.diplomatico Trst, Vicedomini vol.5, fol.96-96'

In nomine dei eterni. Anno domini mil=lesimo trecentesimo vigesimo octauo, in=dictione vndecima, die vigesimo primo men=sis augusti, actum Tergesti sub logia co=munis, presentibus Amiço Masclo et Petro Burlo et alijs. Dominus Odoricus quondam domini Bonomi iudex nobilis viri domini Frederici de Murucio potestatis Tergesti precepit ser Andree quondam domini Jeremie quod usque ad proximum festum sancti Mi=chaelis det et soluat Stefano filio Hermani de Glubiana libras parvulorum sex et soli=dos parvulorum decem et octo pro vno sta=rio et dimidio farine sub pena vnius gros=si pro libra de uoluntate parcium.
Manu Hectoris notarij scriptum et est vi=cedominatum.

Die eodem, loco et testibus. Idem iu=dex precepit ser Iohanni de Pirano quod usque ad proximum festum sancti Michaelis det et soluat Stefano filio Hermani de Glubiana libras sex parvulorum et solidos parvulorum decem et octo pro vno stario et dimidio farine, sub pena vnius grossi pro libra de uoluntate parcium.
Manu Hectoris notarij de Hugulino scriptum et est vicedominatum.

S.Pahor

1328, december lo. Trst

Občinski birič mesta Trsta oklice, naj se v treh dneh prijavi premična in ne=premična posest Jakoba Porgerja iz Ljub=ljane v mestu Trstu.
Arch.diplomatico Trst, Vicedomini vol.5, fol.151-151'

In nomine dei eterni. Anno domini mil=lesimo trecentesimo vigesimo octauo, in=dictione vndecima, die decimo mensis de=cembris, actum Tergesti in palacio comu=nis, presentibus Iusto Pacis notario, A=miço Masclo notario et alijs. Laurencius de Cauarçere preco comunis Tergesti retu=lit mihi infrascripto de mandatu nobilis viri domini Çanini Contareni de Venetijs potestatis Tergesti publice et alta uo=ce cridasse super scālis palacij comunis Tergesti pro signo, si est qui sciat uel cognoscat in aliqua parte sit in ciuitate Tergesti uel extra districtum tantum esse de bonis expeditis et non inpeditis uel detenutis per aliquas personas domini Ja=cobi Purgari de Laibaco hinc ad terciam diem proximam conparere debeat ad presen=ciam dicti domini potestatis ad declaran=dum et notificandum dicta bona expedita et non inpedita per aliquas personas in ciuitate Tergesti uel eius districtu ali=oque procedetur per ipsum dominum potesta=tem contra bona inpedita ipsius domini Iacobi posita in ciuitate Tergesti uel eius districtu secundum formam iuris et statutorum ciuitatis Tergesti et consue=tudinem. Et hoc ad peticionem ser Campu=lini filij quondam domini Lapi de Sena

GZL V/33

1328, december 10. Trst

habitatoris Ciuitatis Austrie.

Manu Iusti de Iudicibus notarij scriptum et est vicedominatum.

S.Pahor

GZL V/34

/1329/, april 18. Trst

Notarski zapis o izročitvi vabila Jakobu Porgerju iz Ljubljane v procesu Lapucija iz Čedada proti njemu.

Arch. diplomatico Trst, Cancelleria vol. 2, fol. 84'

Die martis decimo octavo mensis apri=lis. Mathias preco comunis Tergesti nun=cius juratus ad predictam ad personam nobilis et potenti viri domini Çanini Contareni honorabilis potestatis ciuita=tis Tergesti retullit mihi notario in=frascripto se presentasse ad domum so=lite habitationis domini Jacobi Purgarij de Glubiana vnam litteram citatoriam in qua continebat quod ad ceterum terminum conparere debeat Tergesti per se uel sufficientem responsalem ad responendi in juris procuratoribus domini Lapucij habitatoris Civitatensis alioque etc.

B. Otorepec

1329, december 29. Trst

Bernard iz Ljubljane potrjuje, da je prejel od notarjev Girolda, Mihaela in Lazarja Ru=beo v imenu Claradie, vdove po Donatu de Hu=golino, denar za moko.

Arch.diplomatico, Trst, Vicedomini vol.6, fol.106

In nomine dei eterni amen. Anno domini millesimo trecentesimo trigesimo, indictio=ne terciadecima, die vigesimo nono mensis decembris, actum Tergesti ante vicedominari=am comunis, presentibus Michaele Ade vicedo=mino et Iusto Pacis notario et alijs testi=bus. Bernardus de Glubiana quondam Hermani de Glubiana per se suosque heredes coram dic=tis testibus et me notario infrascripto fuit confessus et contentus habuisse et recepisse a dominis Giroldo Rubeo, Michaele Rubeo et Laçero Rubeo notarijs fratribus dantibus et soluentibus comissario nomine quondam domi=ne Claradie uxoris quondam ser Donati de Hu=golino notarij, solidos sex denariorum vene=torum grossorum pro tribus staris farine, quam dicta quondam domina Claradia habuit et recepit a dicto Bernardo in credenciam ut pa=tet de predicto debito nominate farine tenore unius publici precepti manu ser Rantulfi Bal=lar notarij confecti sub presente millesimo et indictione, die continetur, uiso et lecto a me notario infrascripto faciens finem remis=sionem, absolutionem, securitatem et solemp=nem pactum dictis comissarijs suisque heredi=bus et successoribus de ulteri non petendo dic=tos denarios, liberans et absoluens eosdem comissarios comissario nomine predicto suos=

GZL V/35

1329, december 29. Trst

que heredes succesores et bona. Que qui=
dem uero et omnia et singula supra et in=
frascripta promisit firma et rata habere
et tenere et non contrafacere sub pena
dupli dictorum denariorum cum obligacione
omnium suorum bonorum mobillium et fixo=
rum, presencium et futurorum ac refectio=
nem dampnium et expensarum.

Manu Michaelis Nibli notarij, et est vi=
cedominatum.

S.Pahor

GZL V/36

1330, avgust 27. Trst

Spor zaradi zaseženih vinogradov Jakoba Porgarja iz Ljubljane.

Arch.diplomatico, Vicedomini vol.6, fol. 94'-95'

In nomine dei eterni amen. Anno domini millesimo trecentesimo trigesimo, indictione terciadecima, die vigesimo septimo intrante augusto, actum Tergesti in contrata Riburgi in domo habitacionis Matuisij hospitis, presentibus dominis Michaele Ade vicedomino, Dietrico de Trecano, Matuissio hospite, Iuano Veliaco et Zergna Calçina testibus et alijs. Cum ser Zampulinus de Senis habitator Ciuitatis Austrie haberet et habeat intromissionem duarum vinearum sitarum in districtu et dyocesi Tergesti, unius in contrata Quarti coherentis vinee ser Domeçi de Stoydrach et uie publice et alterius in contrata Riçmagne coherentis vinee Corenti de Borst et vinee Martini olim gastaldionis de Riçmagna et siqui alij sunt coherentes dictarum vinearum que quidem vinee fuerunt domini Iacobi Purgari de Glubiana et possidebantur per ser Nicolaum de Camixo de Ciuitate Austrie et eidem ser Nicolao in iure fuerunt emte per dictum ser Zampulinum et cum et data et concessa fuerit et sit intromissio bonorum omnium dicti domini Iacobi Purgari et specialiter dictarum duarum vinearum usque ad suam integram solutionem et satisfactionem librarum duo mille quadrigentorum et quinquaginta venetorum parvulorum ut de predictis omnibus patet tenore publice licencie intromissionis manu ser Acarisij notarij scripte

1330, avgust 27. Trst

sub anno domini millesimo trecentesimo vi=
gesimo nono, indictione duodecima, die vi=
gesimosexto intrante mense augusti ut hec
et alia in dicta intromissione pleniter
continetur uisa et perlecta a me notario
subdicto et cum dicte due vinee uenderen=
tur ad incantum extimarie comunis Terge=
sti pro dicto debito contento in dicta in=
tromissione debendo dicto ser Zampulino et
posite dicte due vinee ad incantum
extimarie comunis Tergesti ad peticionem
ipsius ser Zampulini ut patet in actis qu=
aterni extimarie ser Valeti de Henreuco
notarij scriptis sub anno domini millesi=
mo trecentesimo trigesimo, indictione ter=
ciadecima die /prazno/ mense /prazno/. Et
cum dictus ser Nicolaus de Camixio suo
proprio nomine et comissario nomine quon=
dam domine Catarine olim uxoris dicti ser
Nicolai de Camixio habere debetur certam
quantitatem pecunie super dictis vineis
et cum et ser Lapucius de Florencia habi=
tator Ciuitatis Austrie habere deberet et
debeat certam quantitatem pecunie super
dictis vineis prout partes predicte asse=
ruerunt coram dictis testibus et me nota=
rio subdicto. Ibique dictus ser Zampuli=
nus ex una parte, ser Nicolaus de Camixio
ex altera parte et ser Lapucius de Flo=
rencia ex altera parte seu propria parte
ad talem pactum et concordiam deuenerunt
et inter se taliter promiserunt uidelicet
quod dictus ser Zampulinus ex pacto habere
debeat marcas quadraginta soldorum denari=
orum ueterum de Tergesto de denarijs uen=
ditionis dictarum vinearum et de denarijs

1330. avgust 27. Trst

acceptis et habitis ex dictis vineis que=
quidem vnam uendi debeat ad incantum exti=
marie pro dicto debito dicti ser Zampuli=
ni, die dominico nuper venturo debeat de=
lucrari et uendi et denarios uendicionis
dictarum duarum vinearum infra octo dies
post dictam dominicam nuper uenturam debe=
at presentare per extimatores comunis dic=
to ser Zampulino uel eius procuratore qui
uero denarij presentari debeant eisdem ex=
timatoribus per emptorem ipsarum duarum
vinearum infra dictum terminum dictorum
octo dierum post dictam dominicam nuper u=
enturam et presentatis et solutis dictis
quadraginta marchis soldorum de denarijs
uendicionis dictarum vinearum dicto ser
Zampulino per extimatores comunis Tergesti,
tunc dictus Zampulinus per se et suos here=
des debeat et teneatur facere bonam et ido=
neam securitatem legitimo emptori dictarum
duarum vinearum secundum formam statutorum
ciuitatis Tergesti de extimaria, de resti=
tuendo dictos denarios si apparuerit ius
ancianum. Residuum uero dictorum denario=
rum dicte uendicionis dictarum duarum vi=
nearum sic uenditarum ad incantum extimarie
secundum formam statutorum extra ultra dic=
tas quadraginta marcas sit et esse debeat
libere dictorum ser Lapucij de Florencia
et ser Nicolaum. Et habitis et receptis
dictis quadraginta marchis soldorum per
dictum ser Zampulinum, dictus ser Zampuli=
nus ex nunc prout et tunc per se et suos
heredes fecit finem remissionem et absolu=
cionem et solempne pactum de non petendo
aliquid super dictis vineis neque contra

1330, avgust 27. Trst

dictas vineas seu denarios dicta. vinea=
rum ultra dictam summam quadraginta marca=
rum et hoc occasione dicti debiti, quod
habere debet a dicto domino Iacobo Purgaro,
nec etiam aliquam litem seu questionem ali=
quo tempore seu aliquo modo possit uel ua=
leat facere uel mouere super dictas vineas
et denarios uendicionis dictarum vinearum
sic uenditarum et etiam ibique dictus ser
Zampulinus ex pacto dedit, cessit, tradi=
dit et refutauit per se suosque heredes
eisdem ser Lapucio et ser Nicolao et eorum
heredibus omnia et omnes iura et actiones
reales et potenciales, utiles et directas,
tacitas et expressas, qua et quas dictus
ser Zampulinus haberet uel habere posset
contra unamquaque personam nomine et occa=
sione cuiuslibet sequestri sequestrati,
facti et scripti ad peticionem dicti ser
Zampulini prefati manu cuiuslibet notarij,
quocumque et qualicumque modo, quoquidem
sequestro quocumque modo sequestrato et
facto de vno extracto de dictis vineis uen=
dendis ad extinariam dicti ser Lapucius et
ser Nicolaus uti possint et ualeant contra
unamquamque personam occasione dicti sequ=
estri, constituens ipsos procuratores et
ponens ipsos predictos ser Lapucium et ser
Nicolaum in locum suum. Itaque omnibus ac=
tionibus realibus et potencialibus utilibus
et directis uti possint et ualeant et agere
experiri consequi et se tueri contra unam=
quamque personam prout dictus ser Zampuli=
nus facere poterat seu posset de iure uel
de facto et quocumque alio modo quod qui=
dem debitum predictum dictarum duo mille

1330. avgust 27. Trst

quadringenti et quinquaginta librarum vene=
torum parvulorum contentorum in dicta intro=
missione manu ser Acarisij notarij scripta
continetur et in quodam publico instrumento
debiti manu Antonij Ciuitatensis imperialis
notarij scripto sub anno domini millesimo
trecentesimo vigesimo secundo, indictione
quinta, die octauo exeunte julio ut hec et
alia in dictis instrumentis quaterno et in=
tromissione pleniter continentur, uisis et
perlectis a me notario subdicto occasione
cuius debiti predicti contenti in predictis
intromissione et instrumentis dictus ser
Zampulinus aliquo modo regressum habere non
possit ad dictas duas vineas et ad dictos
denarios ultra dictas quadraginta marcas
soldorum ut predictum est. Que omnia et sin=
gula supradicta in hoc instrumento contenta
promiserunt dicti ser Çampulinus, ser Lapu=
cius et ser Nicolaus de Camixio per se eo=
rumque heredes unus alteri incissum solempne
stipulantes huic modo interuenerunt firma
et rata habere perpetuo et tenere actendere
et firmiter obseruare et non contrafacere
uel uenire aliquo ratione uel causa de iure
uel de facto, sub pena librarum quinquagin=
ta parvulorum componendi parti obseruanti
predicta pro qualibet uice contrafaciente
et quolibet capitulo non obseruato qua solu=
ta uel non hec presens carta nichilominus
suam semper optineat firmitatem. Excepto non
facte dicte promissionis et factorum et con=
trafactorum dictorum pactorum inter ipsos et
partes predictas tempore huius contracti be=
neficio statutorum et omni alio suo iure

1330, avgust 27. Trst

canonico et ciuili renuntiauit confitens et asseruens dictus ser Zampulinus coram dictis testibus et me notario subdicto se nulli alteri parte cesisse iura predicta et si reperiretur alicui alteri parte ce=sisse iura predicta, promisit ibique dic=tus ser Zampulinus per se suosque heredes stipulans solempne ipsos et utrumque ipso=rum et eorum heredes releuare indempnes et pro omnibus supradictis attendendis ob=ligauit omnia sua bona presenta et futura cum refectione dampnorum et expensarum eo modo factis et fiendis.

Manu Rantulfi Ballar notarij et est vice=dominatum.

S.Pahor

GZL V/37

1330, september 2. Trst

Dražba dveh vinogradov v Trstu, last Jakoba Porgerja iz Ljubljane.

Arch.diplomatico Trst, Vicedomini vol.8, fol.187'-188

In nomine dei eterni amen. Anno domini millesimo trecentesimo trigesimo, indictione terciadecima, die secundo intrante mense septembri, actum Tergesti super scalis palacij comunis, presentibus dominis Virgilio Belli, Baudo de Iudicibus, Mesalto de Mesalto, Bergogna Burlo, Baudo de Cichio testibus ad hec uocatis et rogatis et alijs. Cum ser Çampulino de Senis habitatori Ciuitatis Austrie et eius procuratoribus concessa sit intromissio vinearum infrascriptarum tenore publice forme intromissionis concesse per dominium Tergesti manu ser Acharisij notarij confecte sub millesimo trecentesimo vigesimo nono indictione duodecima die vigesimo sexto mensis augusti vise et perlecte a me notario infrascripto et cum per potentem virum dominum Alexandrum Maurocenum honorabilem potestatem Tergesti preceptum fuerat et est Mesalto notario de Tergesto procuratori sustituto a ser Amiço Masclo procuratore dicti ser Çampulini sub certa pena ad ponendum vineas infrascriptas ad incantum extimarie ad peticionem procuratoris ser Nicolai de Camisso suo proprio nomine et comissario nomine quondam domine Chatarine eius vxoris et filie quondam ser Iacobi Purgari de Leibacho ut patet tenore publice forme precepti manu Nicolai filij domini Rantulfi Baiardi notarij con=

1330, september 2. Trst

fecte sub presenti millesimo et indictio=
ne die vigesimo septimo mensis iulij. Qua
propter dictus Mesaltus notarius procura=
tor substitutus a dicto ser Amiço Masculo
procuratore dicti ser Çampulini volens
dicto precepto obedire vigore et virtute
predicte sentencie intromissionis vinea=
rum infrascriptarum manu ser Acarisij no=
tarij confecte posuit et consignauit
ad exstimariam et incantum exstimarie et
in manibus Salamonis de Alborio et Paso=
ti Çuileti exstimatorium comunis Tergesti
duas vineas que fuerunt quondam ser Iaco=
bi Purgari de Leibacho et que tenebantur
occupate per predictum dominum Nicolaum
de Canisio positas in districtu Tergesti
vna quarum in contrata de Quarto coheren=
tem vie publice et riuo et vinee que fuit
Sofie vxoris quondam Mochori de Butigna
et vinee domini Bertucij Reinaldi perti=
catam circumcirca cum pertica comunis
Tergesti et sunt pertice centum et tre=
ginta altera uero in contrata Riçmagne
coherentem vinee domini Odorici quondam
domini Bonomi et vinee Perse del Borst
et vinee Choren perticatam circumcirca
cum pertica comunis Tergesti et sunt per=
tice centum et nouem. Et hoc pro solucio=
ne fienda dicto ser Çampulino vnius debiti
librarum duarum millium quadrigentarum et
quinquagintarum denariorum veronensium
parvulorum, quos denarios dictus quondam
ser Iacobus Purgarus de Leybacho pater
dicte domine Chatarine dare et soluere
tenetur et est obligatus ad terminos iam

GZL V/37

1330, september 2. Trst

elapsos dicto ser Çampulino tenore publici instrumenti manu Antonij Ciuitatensis im= periali auctoritate notarij scriptum sub millesimo trecentesimo vigesimo secundo indictione quinta die octauo julij que qui= dem ambe vinee supradicte exstimate per predictos exstimatores comunis Tergesti nec non cridate et incantate et preconicate per precones comunis super scalis palatij comunis ad incantum exstimarie tribus die= bus dominicis subcessiue et tandem quarta die dominica subsequenti secundum formam statutorum Tergesti ad horam debitam et incantum super scalis palatij predicti su= pradicte ambe vinee in simul date et deli= uerate et spalmate fuerunt per Nicolaum de Lascalla preconem comunis Tergesti domino Dietricho de Terchano ciui et habitatori Tergesti plus offerenti et danti aliqua alia persona pro precio et nomine precij centum et nonaginta septem marcharum sol= dorum veterum de Tergesto ut dictus preco coram dictis testibus asseruit mihi nota= rio infrascripto.

Manu Valesij de Hereurico et est vicedo= minata.

S.Pahor

GZL V/38

1330, september 25. Trst

Dražba vinogradov Jakoba Porgerja iz Ljub=
ljane zaradi dolga Çampulinu iz Čedada.

Arch.diplomatico Trst, Vicedomini vol.8,
fol.188-188'

In nomine dei eterni amen. Anno domini millesimo trecentesimo trigesimo, indic= tione terciadecima, die vigesimo quinto in= trante mense septembri, actum Tergesti in platea comunis ante domum que olim fuit Petri de Otabono, presentibus dominis Mi= chaeli Ade vicedomino, Andrea de Pelegrino, Bandulo de Iudicibus, Petro de Donpniça, Iusto Pacis notario testibus ad hec uoca= tis et alijs. Cum ser Çampolino de Senis habitatori Ciuitatis Austrie et eius pro= curatoribus concessa sit intromissio vine= arum infrascriptarum tenore publice forme intromissionis concesse per dominium Ter= gesti manu ser Acarisij notarij confecte sub anno domini millesimo trecentesimo vi= gesimo nono, indictione duodecima, die vi= gesimo sexto mensis augusti vise et perlec= te a me notario infrascripto et cum per po= tentem dominum Alexandrum Maurocenum hono= rabilem potestatem ciuitatis Tergesti pre= ceptum fuerat et est Mesalto notario de Tergesto procuratori sustituto a ser Amiço Masculo notario de Tergesto procuratore dicti ser Çampulini sub certa pena ad po= nendum vineas infrascriptas ad incantum ex= stimario ad peticionem procuratoris, ser Nicolai de Canisio suo proprio nomine et comissario nomine quondam domine Chatarine

1330, september 25. Trst

eius vxoris et filie quondam ser Iacobi . Purgari de Leybacho ut patet tenore publi= ce forme precepti manu Nicolaij filij do= mini Rantulfi Baiardi notarij confecte sub presenti millesimo et indictione, die vi= gesimo septimo mensis iulij. Et cum dictus Mesaltus notarius procurator substitutus a dicto ser Amiço Masculo procuratore dic= ti ser Çanpulini vigore et virtute predic= te forme intromissionis vinearum infra= scriptarum manu ser Acharisij notarij con= feste posuerit et assignauerit ad exstima= riam et incantum exstimarie in manibus ser Salamonis de Alborio et Paxoti Çuileti ex= stimatoribus comunis Tergesti duas vineas que fuerunt quondam ser Iacobi Purgari de Leybacho et que tenebantur occupate per predictum dominum Nicolaum de Camissio po= sitas in districtu Tergesti, vnam quarum in contrata de Quarto coherentem vie publi= ce et riuo, et vinee que fuit Sophie vxo= ris quondam Mochori de Butigna et vinee domini Bertucij Renaldi, perticatam cir= cumcirca cum pertica comunis Tergesti et sunt pertice centum et treginta, alteram uero in contrata Riçmagne coherentem vi= nee domini Odorici quondam domini Bonomi, vinee Perse del Borst et vinee Choren del Borst, perticatam circumcirca cum pertica comunis Tergesti et sunt pertice centum et nouem. Et hoc pro solucione fienda dic= to ser Çanpulino vnius debiti librarum du= arum millium quadringentarum et quinqua= ginta denariorum venetorum parvulorum. Quos denarios dictus quondam ser Iacobus Purgarus de Leybacho pater dicte domine

1330, september 25. Trst

Chatarine dare et soluere tenetur et est obligatus ad terminos iam elapsos dicto ser Çanpulino tenore publici instrumenti dicti debiti manu Anthonij Ciuitatensis imperiali auctoritate notarij scripti sub anno domini millesimo trecentesimo vige=simo secundo indictione quarta die octauo mensis iulij et cum predicte anbe vinee exstimate per predictos exstimatores comu=nis deliuerate et spalmate fuerunt ad in=cantum exstimarie domino Dietricho de Ter=chano ciui et habitarori Tergesti pro pre=cio et nomine precij centum et nonaginta septem marcharum soldorum veterum de Ter=gesto vt ipsa deliueratione constat publi=co instrumento scripto manu mei infrascrip=ti notarij subdictis anno domini et indic=tione, die secundo intrante mense septem=bris ut hec et alia in predictis omnibus instrumentis continetur visis et lectis a me notario infrascripto ibique dictus ser Amiçus Mascolus notarius de Tergesto pro=curator dicti ser Çanpulini de Senis ut de ipsa procuracione constat publico instru=mento scripto manu Mesalti notarij de Ter=gesto sub anno domini millesimo trecente=simo vigesimo octauo indictione vndecima, die quartadecima decembris per se suosque succesores vice et nomine procuratorio no=mine supradicto stipulans solempne coram dictis testibus et me infrascripto notario fuit confessus et contentus se tempore hu=ius contractus habuisse et recepisse de de=narijs precij dicte deliuerationis supra=dictarum duarum vinearum qudraginta marchas soldorum veterum de Tergesto pro parte so=

1330, september 25. Trst

lucionis dicti debiti dictarum duarum mil=
lium quadringentarum et quinquaginta li=
brarum denariorum venetorum parvulorum con=
tenti in predicto instrumento manu Antho=
nij notarij confecto. Quos quidem denarios
dictus ser Amiço Mascolus notarius nec non
dominus Virgilius Belli mercator et Mathi=
ussius hospes de Montefalcone ciues et ha=
bitatores Tergesti et quilibet eorum trium
pro sua tercia parte dictarum quadraginta
marcharum soldorum de Tergesto promiserunt
et se obligauerunt per se suosque heredes
stipulantes solempne dicto domino Dietricho
suisque heredibus in iure pro rata tantum
et usque ad summam dictarum quadraginta
marcharum soldorum dare et restituere dic=
tas quadraginta marchas soldorum dicto do=
mino Dietricho suisque si aliquo tempore
ius ancianum in dictis vineis fuerit in iu=
re monstratum secundum formam statutorum
Tergesti et predictas promissionem et obli=
gationes et omnia et singula supradicta in
hoc instrumento contenta perpetuo firma et
rata habere atque tenere atendere et firmi=
ter obseruare et non contrafacere uel ueni=
re per se nec per alios aliqua racione uel
causa sub pena dupli dicte quantitatis pe=
cunie conponenda pro quolibet capitulo non
obseruato sub reffectione dapnorum omnium
expensarum ac interesse litis et extra cum
obligatione omnium suorum bonorum et cui=
uslibet ipsorum pro parte sua mobilium et
inmobilium presencium et futurorum. Ex=
cepto non recepte et non habite pecunie ob

GZL V/38

1330, september 25. Trst

dictam causam tempore huius contracti, operi future numacionis et non facte promissionis et obligacionis et omni iure et legum ancianum et statutorum suffrag... omniam renuncians.

Manu Valesij Hereurici et est vicedominatum.

S.Pahor

1331, februar 8. Trst

Simon, trgovec iz Ljubljane priznava, da je prejel od Girolda Rubeo v imenu Clara= die, njegove sestre za Jakoba Siuche iz Ljubljane poravnan dolg za moko.

Arch.diplomatico Trst, Vicedomini vol.8, fol.212'

In nomine dei eterni amen. Anno domini millesimo trecentesimo trigesino primo in= dictione quartadecima, die octauo intran= te februario, actum Tergesti in vicedomi= naria comunis, presentibus ser Nicolao Ba= iardo vicedomino et Girono domini Giroldi testibus ad hec uocatis et rogatis et alijs. Simon mercator de Glubiana per se suosque heredes stipulat solempne et sine aliqua exceptione iuris uel facti fuit confessus et contentus coram dictis testibus et me notario subdicto habuisse et recepisse a domino Giroldo Rubeo tamquam comissario qu= ondam domine Claradie olim eius sororis libras sex parvulorum et soldos duodecim parvulorum et hoc nomine Iacobi Siuche de Glubiana pro vno stario et dimidio farine quam dicta quondam domina Claradia habuit et recepit a dicto Iacobo Siuche ut patet tenore publici precepti manu Nicolai Bai= ardi notarij scripti sub anno domini mille= simo trecentesimo trigesimo, indictione terciadecima, die quarto intrante augusto ut hec et alia in dicto precepto plenius continetur viso et perlecto a me notario subdicto, quam quidem confessionem et omnia et singula supradicta promisit dictus Si= mon per se suosque heredes nomine dicti

GZL V/39

1331, februar 8. Trst

Iacobi firma et rata habere perpetuo et tenere, attendere et firmiter obseruare et non contrafacere uel uenire per se nec per alium seu alios aliqua racione sub dupli dictorum denariorum cum reffectione dampnorum et expensarum cum obligatione omnium suorum bonorum presencium et futurorum, excepto non facte dicte promissionis confessionis et omni alio iure omnino renunciat.

Manu Santulfi Balari et est vicedominata.

S. Pahor

GZL V/40

1331, marec 7. Trst

Otobonus, sin pok. Triestola de Riuola, mora plačati Hermanu, sinu Janeza iz Ljub= ljane in njegovi ženi Perxe svoj dolg za moko.

Arch.diplomatico Trst, Vicedomini vol.7, fol.26

/na robu: Hermani de Glubiana/

In Christi nomine amen. Anno domini mil= lesimo trecentesimo trigesimo primo, indic= tione quartadecima, die septimo intrante marcio, actum Tergesti sub ueteri logia co= munis, presentibus ser Amiço Masculo nota= rio et Iohanne Rubeo notario et alijs. Do= minus Michael Ade iudex nobilis et potentis viri domini Michaelis Iustiniani de Vene= tijs honorabilis potestatis ciuitatis Ter= gesti retulit mihi notario se precepisse ser Otobono quondam domini Triestoli de Ri= uola quod usque ad proximum festum sancti Viti nuper venturum det et soluat Hermano quondam Ianesi de Glubiana et vxori eius Perxe uel alteri ipsorum recipienti pro utroque soldos nouem denariorum venetorum grossorum pro farina in denarijs tantum sub pena vnius grossi pro libra de voluntate parcium.

Manu Dominici Çuileti, et est vicedomina= tum.

S.Pahor

GZL V/41

1331, marec 8. Trst

Andrej, sin Jeremije, mora plačati Herma=nu, sinu Janeza iz Ljubljane, svoj dolg za moko.

Arch.diplomatico Trst, Vicedomini vol.7, fol.26

/na robu: Hermani de Glubiana/

In nomine Christi amen. Anno domini millesimo trecentesimo trigesimo primo, indictione quartadecima, octauo mensis marcij, actum Tergesti sub ueteri logia comunis, presentibus ser Matheo Baiardo et Iohanne Rubeo notario et alijs. Dominus Genanus de Genano iudex nobilis et poten=tis viri domini Michaelis Iustiniani de Venetijs honorabilis potestatis ciuitatis Tergesti retulit mihi notario se prece=pisse ser Andree quondam domini Jeremie quod hinc ad proximum festum sancti Pe=tri apostoli nuper uenturum det et solu=at Hermano quondam Janesi de Glubiana soldos octo denariorum venetorum grosso=rum pro farina in denarijs tantum sub pena vnius grossi pro libra de voluntate parcium.

Manu Dominici Çuileti notarij et est vice=dominatum.

S.Pahor

GZL V/42

1331, maj 4. Trst

Martin, sin Strenfela iz Glemone, prebivalec Ljubljane, mora plačati Mariji, vdovi Nicoletija Conterini svoj dolg.

Arch.diplomatico Trst, Vicedomini vol.7, fol.44

In Christi nomine amen. Anno eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo primo, indictione quartadecima, die quarto intrante mense madij, actum Tergesti sub ueteri logia comunis, presentibus dominis Andrea Rubeo, Pagano de Basilio et alijs. Dominus Andreas Mesaltus iudex nobilis et potentis viri domini Michaelis Iustiniani de Venecijs honorabilis potestatis ciuitatis Tergesti precepit Martino quondam Strenfeli de Glemona habitatori in Glublana quod per totum mensem madij supradicti det et soluat domine Marie olim vxori ser Nicoleti Conterini soldos quadraginta denariorum venetorum grossorum tantum in denarijs. Sub pena vnius grossi pro libra de uoluntate. parcium.

Manu Dominici Cuileti notarij et est vicedominatum.

S.Pahor

1331, maj 6. Trst

Almericus Ade in Marin cerdo imenovan Ri= cho, tržaška meščana, dajeta tržaškemu no= tarju Accarisiju polnomočje, da ju zastopa v pravdi proti Nikolaju Chamissiju in La= puciju Papirri iz Čedada zaradi dveh vino= gradov, ki sta bila nekoč Jakoba Porgerja iz Ljubljane.

Arch.diplomatico Trst, Vicedomini vol.8, fol.93'

In nomine dei eterni amen. Anno eiusdem millesimo trecentesimo primo, indictione quartadecima, die sexto intrante mense ma= dij, actum Tergesti in sala ueteri palacij comunis, ad presenciam nobilis et potentis viri domini Michaelis Iustiniani honorabi= lis potestatis ciuitatis Tergesti, presen= tibus dominis Nicolao Baiardo vicedomino, Andrea Mesalto, Genano de Genano, Michaele Ade, Petro Castigna, Petro de Çogol testi= bus ad hec uocatis et rogatis et alijs. Ser Almericus Ade quondam domini Bartolomei Ade et Marinus cerdo dictus Richo ciues Terge= sti sicut melius potuerunt, fecerunt, con= stituerunt, ordinauerunt atque creauerunt dominum Accarisium notarium ciuem Tergesti licet absentem tamquam presentem suum cer= tum nuncium, missum, actorem, factorem, sin= dicum generalem, negociorum gestorem et procuratorem legitimum et quidquid melius et amplius in hanc parte esse potest in om= nibus et singulis suis causis, litibus et gestionibus et specialiter questione quam habent uel habituri sunt cum dominis Nico= lao quondam domini Chandussij de Chamissio de Ciuitate Austrie et Lapucio Papirri de

1331, maj 6. Trst

Florencia habitatore Ciuitatis nomine et occasione duarum vinearum que fuerunt domini Iacobi Purgari de Leybacho positarum in districtu Tergesti vnius in nontrata Riçnagne coherentis vinee Coren et Perxe del Borst, vinee Iusti de Terino, riuo communis et vinee dominorum Odorici et Quaglioti fratrum de Tergesto, alterius in contrata Quarti coherentis vinee Xufie de Butigna, vinee Andree de Gorianscho, vie communis et vinee Nicolai de Girouth, et si qui alij sunt earum confines et precij ipsarum vinearum et generaliter omnium et singulorum conexium et dependencium a questione predicta ad conpromitendum et concordandum negocium questionis predicte in iudicio et extra summam seu summas interlocutorias et differencias ac arbitratorias, audiendum, appelandum et appellatores prosequendum et eas executioni mandari faciendum et ad uocandum sibi integre fore solutum et satisfactum et ad faciendum finem et remissionem generalem uel specialem de ulterius non petendo procuratorem vnum uel plures si ne omnia alia et singula faciendum et procurandum in predictis et curam predictam que sibi utilia et necessaria videbitur et que merita earum exigunt et requirunt atque que ei visa fuerint oportuna et que uerus et legitimus sindicus et procurator facere et exercere posset et in peri facere posset si personaliter interesset, etiam si millis speciale exigeretur mandatum ac si maiora essent que superius sunt expressa dantes et contendentes dicto suo procuratore plenam et

GZL V/43

1331, maj 6. Trst

liberam potestatem, administracionem et generalem mandatum omnia et singula fa= ciendi et procurandi in predictis et cir= ca predicta que ei visa fuerint oportuna promitentes nominati ser Almericus et Ma= rinus michi notario infrascripto stipulan= tes et recipientes vice et nomine omnium et singulorum quorum interest uel interes= se posset firmum et ratam habere et tenere obseruare et ad implere perpetuo quicquid per predictum suum procuratorem uel sub= stitutum ab eo actum, gestum et procuratum fuerit in predictis et singulis predictorum et non contrafacere uel venire per se nec per alios aliqua racione uel causa de iure uel de facto. Et releuando ipsum suum procu= ratorem et substitutum ab eo ab omni onere satisfactionis promiserunt michi notario infrascripto recipienti ut supra soluere iudicatum et judicio sisti sub obligatione omnium suorum bonorum presencium et futu= rorum ac ypotheca rerum suarum.

Manu Iohannis Rubei notarij et est vicedo= minatum.

S.Pahor

GZL V/44

1331, maj 7. Trst

Andrej Dobrouta iz Ljubljane mora plačati Blažu de Riçmagna, tržaškemu meščanu, svoj dolg.

Arch.diplomatico Trst, Vicedomini vol.7, fol.59'

In Christi nomine amen. Anno domini mil=lesimo trecentesimo trigesimo primo, indic=tione quartadecima, die septimo intrante mense madij, actum Tergesti in platea co=munis, presentibus dominis Matheo Baiardo, Petro Burlo et Maufeo Renaldi et alijs. Dominus Andreas Mesaltus iudex nobilis et potentis viri domini Michaelis Iustiniani de Venetiis honorabilis potestatis ciuita=tis Tergesti precepit Andree Dobrouta de Glubiana quod usque ad proximos quindecim dies nuper uenturos det et soluat Blascho de Riçmagna ciui Tergesti libras parvulo=rum quadraginta minus vno grosso. Sub pena vnius grossi pro libra, de voluntate par=cium.

Manu Dominici Çuileti notarij et est vice=dominatum.

S.Pahor

GZL V/45

1331, junij 14. Trst

Andrej, sin Jeremije, tržaški meščan, mora plačati Bertoldu Ross iz Ljubljane svoj dolg za moko.

Arch.diplomatico Trst, Vicedomini vol.7, fol.6o

/na robu: preceptum Pertoldi Rossi de Glubiana/

In nomine dei eterni amen. Anno domini millesimo trecentesimo trigesimo primo, in=dictione quartadecima, die quartodecimo mensis iunij, actum Tergesti in platea co=munis, presentibus Iohanne Rubeo notario, Simone Niblo et alijs. Dominus Nicolaus de Basilio iudex illustris domini domini Io=hannis Henrici Goriçie et Tirolis comitis honorabilis potestatis ciuitatis Tergesti precepit ser Andree quondam domini Jeremie ciui et habitatori Tergesti quod usque ad proximam primam diem mensis augusti nuper uenturam det et soluat Pertoldo Rosso de Glubiana filio quondam Pertoldi uel illi in cuius manibus hoc preceptum comparauerit libras nouem venetorum parvulorum et soli=dos nouem parvulorum pro farina. Sub pena vnius grossi pro libra de uoluntate parci=um.

Manu Iusti Pacis notarij et est vicedomina=tum.

S.Pahor

GZL V/46

1331, junij 16. Trst

Marko Chaualar, Michael Alberti in Mihael Niblo morajo plačati Bertoldu Ros iz Ljub=ljane svoj dolg za moko.

Arch.diplomatico Trst, Vicedomini vol.7, fol.6o'
/na robu: preceptum Pertoldi de Glubiana/

In nomine dei eterni amen. Anno domini millesimo trecentesimo trigesimo primo, indictione quartadecima, die sextodecimo mensis iunij; actum Tergesti in platea comunis, presentibus Iohanne Rubeo notario, Francisco Bitini notario et alijs. Dominus Nicolaus de Basilio iudex illustris domi=ni domini Iohannis Henrici Goriçie et Ti=rolis comitis honorabilis potestatis ciui=tatis Tergesti precepit magistro Marcho Chaualar aurifici, ser Michaeli Alberto et Michaeli Niblo notario vicinis Tergesti in solidum quod usque ad proximum festum sancti Michaelis venturum dent et soluant Pertolto Roso de Glubiana soldos sex de=nariorum venetorum grossorum pro duo sta=ris farine. Sub pena vnius grossi pro li=bra de uoluntate parcium.

Manu Iusti Pacis notarij et est vicedomi=natum.

S.Pahor

GZL V/47

1331, junij 21. Trst

Brata Johannes in Mihael de Fantisello morata plačati Hermanu iz Ljubljane, možu Perxe ali njej, svoj dolg za moko.

Arch.diplomatico Trst, Vicedomini vol.7, fol.64'
/na robu: preceptum Hermani de Glubiana/

In nomine dei eterni amen. Anno domini millesimo trecentesimo trigesimo primo, indictione quartadecima, die vigesimoprimo mensis iunij, actum Tergesti in platea comunis, presentibus Iohanne Rubeo notario, Alberico de Basilio notario et alijs. Dominus Nicolaus de Basilio iudex illustris domini domini Iohannis Henrici Goriçie et Tirolis comitis honorabilis potestatis ciuitatis Tergesti precepit Iohanni et Michaeli de Fantisello fratribus et utroque eorum principaliter et in solidum quod usque ad proximum festum sancti Michaelis nuper uenturum dent et soluant Hermano de Glubiana marito Perxe aut ipsi Perxe uel vni ipsorum recipienti pro utroque grossos treginta sex in denarijs tantum pro vno stario farine sub pena vnius grossi pro libra de uoluntate parcium.

Manu Iusti Pacis notarij et est vicedominatum.

S.Pahor

GZL V/48

1331, junij 21. Trst

Štefan in Simon Niblo morata plačati Her=
manu iz Ljubljane svoj dolg za moko.

Arch.diplomatico Trst, Vicedomini vol.7,
fol.64'

In nomine dei eterni amen. Anno domini millesimo trecentesimo trigesimo primo, indictione quartadecima, die vigesimopri=mo mensis iunij, actum Tergesti in platea comunis, presentibus Iohanne Rubeo nota=rio, Alberico de Basilio notario et alijs. Dominus Nicolaus de Basilio iudex illustris domini domini Iohannis Henrici Goriçie et Tirolis comitis Goriçie /!/ honorabilis potestatis ciuitatis Tergesti aseruit mihi notario subdicto se precepisse ser Stefano Niblo et Simoni Niblo eius filio et utroque eorum in solidum quod usque ad proximum festum sancti Michaelis nuper uenturum dent et soluant Hermano de Glubiana mari=to Perxe aut ipsi Perxe eius vxori uel vni ipsorum recipienti pro utroque grossos triginta sex in denarijs tantum pro vno stario farine sub pena vnius grossi pro libra de uoluntate parcium.

Manu Iusti Pacis notarij et est vicedomi=natum.

S.Pahor

GZL V/49

1331, junij 24. Trst

Çeco in Peter de Baxino iz Kopra morata plačati Hermanu iz Ljubljane svoj dolg za moko.

Arch.diplomatico Trst, Vicedomini vol.7, fol.64'

In nomine dei eterni amen. Anno domini millesimo trecentesimo trigesimo primo, indictione quartadecima, die vigesimoquar= to mensis junij, actum Tergesti in platea comunis, presentibus Iohanne Rubeo notario, Francisco Bitino notario et alijs. Dominus Giroldus Rubeus iudex illustris domini do= mini Iohannis Henrici Goriçie et Tirolis comitis honorabilis potestatis ciuitatis Tergesti precepit Çeco et Petro de Baxino qui fuerant de Iustinopoli vicinis Terge= sti in solidum quod usque ad proximum fe= stum sancti Michaelis nuper uenturum dent et soluant Hermano de Glubiana marito Per= xe aut ipsi Perxe eius vxori uel uni ipso= rum recipienti pro utroque libras septem venetorum parvulorum et soldos quatuor par= vulorum pro farina. Sub pena vnius grossi pro libra de uoluntate parcium.

Manu Iusti Pacis notarij et est vicedomina= tum.

S.Pahor

GZL V/5o

1331, junij 24. Trst

Jakob, zet pok.Andreja Pixulati iz Trsta, mora plačati Hermanu iz Ljubljane svoj dolg za moko.

Arch.diplomatico Trst, Vicedomini vol.7, fol.64'

In nomine dei eterni amen. Anno domini millesimo trecentesimo trigesimo primo, indictione quartadecima, die vigesimoqu= arto mensis iunij, actum Tergesti in pla= tea comunis, presentibus Benedicto de Al= borio, Iohanne Rubeo notario et alijs. Do= minus Andreas de Pelegrino iudex illustris domini Iohannis Henrici Goriçie et Tirolis comitis honorabilis potestatis ciuitatis Tergesti precepit Iacobo genero quondam Andree Pixulati vicino et habitatori Ter= gesti, quod usque ad proximum festum san= cti Michaelis nuper uenturum det et solu= at Hermano de Glubiana marito Perxe aut ipsi Perxe eius vxori uel uni ipsorum re= cipienti pro utroque soldos nouem denario= rum venetorum grossorum in denarijs tan= tum pro tribus staris farine. Sub pena vnius grossi pro libra de uoluntate par= cium.

Manu Iusti Pacis notarij et est vicedomi= natum.

S.Pahor

GZL V/51

1331, junij 25. Trst

Andrej, sin Jeremije, mora plačati Herma= nu iz Ljubljane svoj dolg za moko.

Arch.diplomatico Trst, Vicedomini vol.7, fol.65

In nomine dei eterni amen. Anno domini millesimo trecentesimo trigesimo primo, indictione quartadecima, die vigesimo qu= into mensis junij, actum Tergesti in pla= tea comunis, presentibus ser Petro Burlo, Iohanne Rubeo notario et alijs. Dominus Nicolaus de Basilio iudex illustris domi= ni domini Iohannis Henrici Goriçie et Ti= rolis comitis honorabilis potestatis ciui= tatis Tergesti aseruit mihi notario infra= scripto se precepisse ser Andree quondam domini Jeremie quod usque ad proximum fe= stum sancti Michaelis nuper uenturum det et soluat Hermano de Glubiana marito Per= xe aut ipsi Perxe eius vxori uel vni ipso= rum recipienti pro utroque soldos nouem denariorum venetorum grossorum pro tribus staris farine. Sub pena vnius grossi pro libra de uoluntate parcium.

Manu Iusti Pacis et est vicedominatum.

S.Pahor

GZL V/52

1331, junij 26. Trst

Jakomina Ade in Kancijana de Marçano morata plačati Hermanu iz Ljubljane svoj dolg za moko.

Arch. diplomatico Trst, Vicedomini vol. 7, fol. 65

In nomine dei eterni amen. Anno domini millesimo trecentensimo trigesimo primo indictione quartadecima, die vigesimo sexto mensis iunij, actum Tergesti in platea comunis, presentibus Petro Burlo, Iohanne Rubeo notario et alijs. Dominus Giroldus Rubeus iudex illustris domini domini Iohannis Henrici Goriçie et Tirollis comitis honorabilis potestatis ciuitatis Tergesti precepit dominabus Jacomine vxoris Triestoli Ade et Canciane vxori quondam Nedali de Marçano vicinis Tergesti et uterque in solidum quod usque ad proximum festum sancti Michaelis nuper uenturum dent et soluant Hermano de Glubiana marito Perxe aut ipsi Perxe eius vxoris uel vni ipsorum recipienti pro utroque soldos tres denariorum venetorum grossorum in denarijs tantum pro vno stario farine. Sub pena vnius grossi pro libra de uoluntate parcium.

Manu Iusti Pacis notarij et est vicedominatum.

S. Pahor

GZL V/53

1331, junij 27. Trst

Almericus Stella, tržaški meščan, mora plačati Hermanu iz Ljubljane svoj dolg za moko.

Arch.diplomatico Trst, Vicedomini vol.7, fol.65

In nomine dei eterni amen. Anno domini millesimo trecentesimo trigesimo primo, indictione quartadecima, die vigesimo sep= timo mensis junij, actum Tergesti in pla= tea comunis, /presentibus/ Benedicto de Alborio, Iohanne Rubeo notario et alijs. Dominus Nicolaus de Basilio iudex illu= stris domini domini Iohannis Henrici comi= tis honorabilis potestatis ciuitatis Ter= gesti aseruit mihi notario subdicto se precepisse ser Almerico Stella ciui Terge= sti quod usque ad proximum festum sancti Michaelis nuper uenturum det et soluat Hermano de Glubiana marito Perxe aut ipsi Perxe eius vxori uel vni ipsorum recipi= enti pro utroque soldos tres denariorum venetorum grossorum pro vno stario farine. Sun pena vnius grossi pro libra de uolun= tate parcium.

Manu Iusti Pacis notarij et est vicedomi= natum.

S.Pahor

GZL V/54

1333, september 6. Trst

Obligacija Martina cerdo iz Ljubljane, prebivalca Trsta, ženi Mariji za prejeto doto.

Arch.diplomatico Trst, Vicedomini vol.9, fol.68

In nomine dei eterni amen. Anno domini millesimo trecentesimo trigesimo tercio, indictione prima, die sexto mensis septembris, actum Tergesti in contrata Cauane in quadam domo domini Çorobabeli de Leo in qua ad presens infrascripti coniugales habitant, presentibus magistro Michaele cerdone de Tergesto, Petro cerdone de Trento, Volçina de Nicolao, Martino Longo nominatis testibus et alijs. Cum contractum fuerit matrimonium inter Martinum cerdonem de Glublana habitatorem Tergesti ex vna parte et Mariam Grecham vxorem quondam Iohannis cerdonis de Treuiso olim habitatoris Tergesti ex altera parte, ibique dictus Martinus coram dictis testibus et me notario subdicto fuit confessus et contentus habuisse et recepisse in dotibus et nomine docium tempore huius contracti a dicta Maria futura vxore ipsius Martini marchas denariorum soldorum veterum de Tergesto sexdecim, quos denarios dictus Martinus per se suosque heredes promisit et se et sua bona obligauit solempne stipulans dare redere et restituere dicte Marie suisque heredibus uel cuicumque alteri persone de iure habere debenti quicumque et in omni casu erenti restituendus dictas dotas, sub pena tercij dictorum denariorum cum obligacione omnium suorum bonorum presencium et futurorum ac reffecti=

GZL V/54

1333, september 6. Trst

one dampnorum omnium et expensarum. Ita dicta Maria in presencia dictorum testi= um et mei subdicti notarij tempore huius contracti fuit confessa et contenta dic= tum Martinum eius futurum virum habere in denarijs libras viginti quinque parvulo= rum in rebus mobilibus quam quidem con= fessionem et omnia et singula suprascrip= ta in omnibus suis capitulis promiserunt dicte partes vicissim stipulantes solem= pne in temporibus rata, grata et firma habere et non contrafacere sub pena cen= tum librarum parvulorum et ponendas pre= cis parti obseruanti predicta omnia re= nunciat.

Manu Nicolai Bauardi notarij et est vice= dominatum.

S.Pahor

GZL V/55

1334, april 14. Trst

Duhovnik "Johanes de Padua mansionarius ecclesie Tergestine" obljubi da bo povrnil duhovniku "Bernardo de Labacho filio quon=dam Johanis de Leibach uicario in dicta plebe de Pirpon" /Hrušica/ za tamkajšnjega župnika, dolg 25 mark soldov. Za ta dolg mu zastavi svojo hišo v Trstu.

Arch.diplomatico Trst, Vicedomini vol.9, fol.75'

S.Pahor

GZL V/56

1335, februar 11. Trst

Duhovnik Johanes Scruyta, tržaški kanonik, preda "domino presbitero Pernardo de Lai= baco" svojo hišo v Trstu.

Arch. diplomatico Trst, Vicedomini vol. 11, fol. 124-124'

reg.B.Otorepec

GZL V/57

1335, februar 14. Trst

Notar Acarisius obljubi povrniti "domino presbitero Pernart qui fuit de Laybacho nunc vicario plebis sancti Grisolomi de Pirpon" 10 mark soldov ter mu zato zastavi svoj vinograd pri mestu.

Arch.diplomatico Trst, Vicedomini vol.11, fol.197'

S.Pahor

1335, april 14. Trst

Pavel, sin pokojnega Bertolda iz Koroške, prebivalca Ljubljane, potrjuje, da je pre= jel od Andreja, sina pokojnega Johanesa Villani iz Glemone, prebivalca Trsta, 9 mark denarjev, ki sta jih on in Nikolaj, sin pokojnega Dominika imenov. Bedan iz Glemone, trgovca na Reki, bila dolžna i= menov. Pavlu za trgovsko blago.

Arch.diplomatico Trst, Vicedomini vol.11, fol.67'

In nomine dei eterni. Anno domini mil= lesimo trecentesimo trigesimo quinto, in= dictione tercia, die tercio intrante men= sis decembris, actum Tergesti in foro co= munis, presentibus dominis Andrea Gremono, Zorobabello de Leo, Ottobono quondam do= mini Johanis de Ottobono testibus et ali= js. Paulus filius quondam Pertoldi de Ca= rentania habitatori in Laybacho de certa et pura scientia et non per errorem metum uel circumuentionem aliquam per se suos= que heredes stipulans solempniter fuit confessus et contentus habuisse et rece= pisse et sibi integraliter scire solutum a ser Andrea quondam Johanis Villani de Glemona habitatori Tergesti marchas nouem denariorum veterum valente quolibet mar= cha libras octo parvulorum et solidos qu= adraginta parvulorum, quos vero denarios dictus ser Andreas una cum Nicolao quon= dam Dominici dicti Bedan de Glemona mer= catore in Flumine dare et soluere tenen= tur et sunt obligati insolidum siue in

1335, april 14. Trst

parte et in toto et uterque ipsorum duo=
rum pro certa quantitate mercimoniorum
ab eodem Paulo receptorum ad certum ter=
minum iam elapsum ut de predictis pleni=
ter patet tenore unius publici instrumen=
ti debiti manu Sibe quondam domini Johanis
imperiali auctoritate notarij scriptum sub
millesimo trecentesimo trigesimo quarto,
indictione secunda, die decimo mensis fe=
bruari ut hec et alia in dicto instrumen=
to debiti pleniter continetur, viso et
lecto a me notario infrascripto, confi=
tens et asserens prefatus Paulus coram
dictis testibus et me notario infrascrip=
to habuisse a dicto ser Andrea integrali=
ter supradictam pecuniam quantitatem in
dicto instrumento manu dicti Sibe notarij
scripto, contenta quod instrumentum de=
biti prefati remansit vnum penes ipsum
ser Andream et non incisum uel cancelatum
faciens dictus Paulus per se suosque he=
redes stipulationem solempnem eidem ser
Andree suisque heredibus finem remissio=
nem et perpetuam absolutionem et pactum
solempnem dicti debiti de ulterior non
petendo in parte uel in toto, dans et tra=
dens dictus Paulus eidem ser Andree dictum
instrumentum cum omnibus iuris robore et
vigore, ita quod ipse ser Andreas possit
et ualeat agere experiri excipere, repli=
care contra et aduersum dictum Nicolaum
et sua bona nomine et occasione dictorum
denariorum uigore et uirtute dicti instru=
menti manu dicti Sibe notarij confectum,
promisit dictus Paulus per se suosque he=

GZL V/58

1335, april 14, Trst

rodes stipulans solempniter dictum ser An=
dream suosque heredes amplius non molesta=
re, placitare nec agrauare in iudicio siue
extra nomine et occasione dictorum denari=
orum et expensarum sed omnia in hoc instru=
mento contenta firma et rata habere et non
contrafacere sub pena centum libras dena=
riorum venetorum parvulorum nomine certi
et finiti debiti componendi sub restituti=
one dampnorum exspensarum et interesse li=
tis et extra cum obligatione omnium suorum
bonorum presentium et futurorum, renunci=
ans etc.

Manu Mauri Paneye notarij et est vicedomi=
natum.

S. Pahor

GZL V/59

1335, junij 9. Trst

Girold de Henreurico iz Trsta mora plačati usnjarju Juriju iz Ljubljane svoj dolg za moko.

Arch. diplomatico Trst, Vicedomini vol. 11, fol. 47

In nomine dei eterni. Anno eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo quinto, indictione tercia, die nono mensis junii, actum Tergesti sub ueteri logia comunis, presentibus ser Nicolao Baiardo, Antonio de Pirano notario testibus et aliis. Dominus Andreas quondam domini Jeremie judex nobilis et potentis viri domini Gabrielis de Prata honorabilis potestatis ciuitatis Tergesti precepit ser Giroldo de Henreurico habitatori Tergesti quod usque ad festum sancti Michaelis proxime venturum det et soluat Jurio cerdone de Glubiana libras octo denariorum venetorum parvulorum in denariis tantum pro farina sub pena vnius grossi pro libra de uoluntate parcium.

Manu ser Henrici Rauiçe notarii et est vicedominatum.

B. Otorepec

1335, junij 9. Trst

Burlo de Burlis in Monte de Francullo morata plačati usnjarju Juriju iz Ljubljane svoj dolg za moko.

Arch. diplomatico Trst, Vicedomini vol.11, fol.47-47'

In nomine dei eterni. Anno eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo quinto, indictione tercia, die nono mensis junii, actum Tergesti sub veteri logia comunis, presentibus ser Giroldo de Henreurico, Antonio de Pirano notario testibus et aliis. Dominus Jeremias de Leo judex nobilis et potentis viri domini Gabrielis de Prata honorabilis potestatis ciuitatis Tergesti precepit Burlo de Burlis et Monte de Francullo uterque eorum insolidum quod usque ad festum sancti Michaelis proxime venturum dent et soluant Jurio cerdoni de Glubiana libras octo denariorum venetorum parvulorum in denariis tantum pro farina, sub pena vnius grossi pro libra de voluntate parcium.

Manu ser Henrici Rauiçe notarii et est vicedominatum.

In nomine dei eterni. Anno eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo quinto, indictione tercia, die nono mensis junii, actum Tergesti sub ueteri logia comunis, presentibus ser Giroldo de Henreurico, Antonio de Pirano notario testibus et aliis. Dominus Jeremias de Leo judex nobilis et potentis viri domini Gabrielis de Prata honorabilis potestatis ciuitatis Tergesti

GZL V/60

1335, junij 9. Trst

precepit Monte de Francullo et ser Burlo de Burlis et uterque eorum insolidum quod usque ad proximum festum sancti Michaelis uenturum dent et soluant Jurio cerdoni de Glubiana libras octo denariorum venetorum paruulorum in denariis tantum pro farina sub pena unius grossi pro libra de uoluntate parcium.

Manu ser Henrici Rauipe notarii et est vicedominatum.

B.Otorepec

GZL V/61

1335, junij 9. Trst

Latko de Corgnalo in Piruca, hči peka Ze= nona, morata plačati usnjarju Juriju iz Ljubljane svoj dolg za moko.

Arch.diplomatico Trst, Vicedomini vol.11, fol.47'

In nomine dei eterni. Anno eiusdem mil= lesimo trecentesimo trigesimo quinto, in= dictione tercia, die nono mensis junii, ac= tum Tergesti sub ueteri logia comunis, pre= sentibus ser Ciroldo de Henreurico, Anto= nio de Pirano notario testibus et aliis. Dominus Andreas quondam domini Jeremie judex nobilis et potentis viri domini Gabrielis de Prata honorabilis potestatis ciuitatis Tergesti precepit Latcho de Corgnalo et Piruça filie Zenonis panicoculi habitatori Tergesti et uterque eorum insolidum quod usque ad proximum festum sancti Michaelis nuper uenturum dent et soluant Jurio cer= doni de Glubiana libras paruulorum decem, soldos parvulorum tredecim et parvulorum quatuor in denariis tantum pro farina, sub pena unius grossi pro libra de voluntate parcium.

Manu ser Henrici Rauiçe notarii et est vi= cedominatum.

In nomine dei eterni. Anno eiusdem mil= lesimo trecentesimo trigesimo quinto, in= dictione tercia, die nono mensis junii, ac= tum Tergesti sub ueteri logia comunis, pre= sentibus ser Ciroldo de Henreurico, Anto= nio de Pirano notario testibus et aliis.

GZL V/61

1335, junij 9. Trst

Dominus Andreas quondam domini Jeremie ju=
dex nobilis et potentis viri domini Gabri=
elis de Prata honorabilis potestatis ciui=
tatis Tergesti precepit Piruçia filie ser
Zenonis paniccculli et Latcho de Corgnalo
habitatori Tergesti et uterque eorum inso=
lidum quod usque ad proximum festum sancti
Michaelis nuper venturum dent et soluant
Jurko cerdoni de Glubiana libras parvulo=
rum decem, soldos parvulorum tresdecim et
quatuor parvulorum in denariis tantum pro
farina, sub pena unius grossi pro libra de
voluntate parcium.

B.Otorepec

GZL V/62

1335, junij 9. Trst

Mojster usnjar Ulrik iz Trsta mora plačati usnjarju Juriju iz Ljubljane svoj dolg za moko.

Arch. diplomatico Trst, Vicedomini vol.11, fol.47'

In nomine dei eterni. Anno eiusdem mil= lesimo trecentesimo trigesimo quinto, in= dictione tercia, die nono mensis junii, ac= tum Tergesti sub ueteri logia comunis, pre= sentibus ser Giroldo de Henreurico, Anto= nio de Pirano notario testibus et aliis. Do= minus Jeremias de Leo judex nobilis et po= tentis viri domini Gabrielis de Prata ho= norabilis potestatis Tergesti precepit ma= gistro Worico cerdoni habitatori Tergesti quod usque ad proximum festum sancti Micha= elis nuper venturum det et soluat Jurio cerdoni de Glubiana libras octo denariorum venetorum parvulorum in denariis tantum pro farina sub pena unius grossi pro libra de voluntate parcium.
Manu ser Henrici Rauiçe notarii et est vi= cedominatum.

B.Otorepec

1337, julij 1, Trst

Otobonus de Juliani, tržaški meščan, po=
stavi Matijo, sina pok.Mingola iz Gorice,
prebivalca Trsta, za svojega opolnomočen=
ca pri izterjavi dolgov od Pulerja, sina
pok.Henrika de Sauxa, prebivalca Ljublja=
ne, in Herbricha iz Podljubelja iz Tržiča.

Arch.diplomatico Trst, Vicedomini vol.12,
fol.53

In nomine dei eterni amen. Anno domini
millesimo trecentesimo trigesimo septimo,
indictione quinta, die primo mensis julii,
actum Tergesti sub ueteri logia comunis,
presentibus ser Amiço Masculo, ser Domini=
co Çuileto, presbitero Justo Munaro ciuibus
Tergesti testibus et aliis. Ser Otobonus
de Juliani ciuis Tergesti fecit et con=
stituit, creavit et ordinauit Mathiam fi=
lium quondam Mingoli de Goricia nunc habi=
tatorem in Tergesti presentem et hoc man=
datum suscipientem suum actorem factorem
et legitimum procuratorem specialiter ad
exigendas marchas decem et dimidiam dena=
riorum solidorum a Puler quondam Henrici
de Sauxa habitatori in Glubliana, quos de=
narios sibi dare tenebantur et tenentur
dictus Puler et Herbrich de Poglubelle de
Mercato nouo tenore vnius publici instru=
menti manu Francisci Bitini notarii confec=
ti sub anno eiusdem millesimo trecentesimo
trigesimo septimo, indictione quinta, die
vigesimo quinto mensis februarii et a quo=
cumque sibi debite debente et generaliter
ad omnes et in omnibus suis causis litibus
et controuersis quas habet uel habiturus

1337, julij 1. Trst

est causa in agendo quam defendendo cum
quibuscumque personis coram quocumque ju=
dice, capitaneo, gastaldione, assessario
tam ecclesiastico quam seculari super qui=
buscumque negociis, questionibus et cau=
sis ad libellum dandos offerendos et reci=
piendos lites contestandas exceptum pro=
ponendi terminum et dillataciones penten=
di et recipiendi testes et instrumenta
producenda et reprobanda, judices eligen=
dos et recusandos suspettos dandos sumas
audiendas appelandas committendas et pro=
sequendas de calumpnia et ueritate dicen=
di et cuiuslibet alterius generis juramen=
ta in causam ipsius prestandi, procurato=
rem uel procuratores vnum uel plures sub=
stituendi si necesse fuerit et substitu=
tum reuocandi presente procuratorie in=
strumento in suo robore duraturo et ad om=
nia et singula facienda contra merita exi=
guit et requirit et ad petendi exigendi
et recipiendi omne id et quicquid ipsi ser
Otobonus ex quacumque re et causa ab ali=
quo uel aliquibus deberet et ad solutiones
faciendi et ad finem remissionem et abso=
lutionem de receptis faciendis ad pacis=
cendi et transigi ... conponendi et com=
promittendi laudum et arbitrium audiendum
prosequendum et ad constituendum sibi a=
lios debitores circa supradicta et genera=
liter ad omnia ipsius ser Otoboni negocia
tractandi et gerendi et ad omnia et sin=
gula faciendi quod circa predicta uel ali=
quid predictorum dicto Mathie utilia uide=
bitur et quod perlegit procuratura fieri

GZL V/63

1337, julij 1. Trst

posset dans dicto ser Otobonus eidem Mat=
hie plenam et liberam potestatem et manda=
tum predicta omnia et singula facienda et
super predictis et quolibet predictorum
quotiens expedierit et uoluerit, promit=
tens se firmum et ratum habere quecumque
dictus Mathias eius procurator aut alii
uel alii ab eo Mathie constituti circa
predicta uel aliquid predictorum duxerit
faciendi et de judicio sisti et judicati
soluendi promissit in omnibus clausi ...
supradictis sub ypotheca omnium bonorum
dicti ser Otoboni mobilium et fixorum pre=
sentium et futurorum.

Manu Nicolai de Leo et est vicedominatum.

S.Pahor

GZL V/64

1343, januar 12. Trst

Nikolaj iz Ljubljane, sin Marina, potrjuje, da je prejel v imenu Jakoba, sina pok. Mi= chilina iz Ljubljane, od Roba de Leo denar, ki sta jih bila ta in Krizman iz Kopra dol= žna omenjenemu Jakobu.

Arch.diplomatico Trst, Vicedomini vol.14, fol.91'

